manitatis, ipsa sunt liberaliū disciplinarū studia, quin au-  
debunt iam postulare aduersarij hæc a se tantū, uelut a iu-  
stis fontibus, esse petēda, q̄ illor̄ sit nō tradere solū ista,  
verū etiā nouos magno numero sophos, in his creare q̄tā  
nis, & in omniis pene parteis a se velut ex eō Troiano di-  
mittere. Censerē equidē iustū & æquū postulare illos, ni  
si essent verbis & titulo tenus magis, isti fere oīnes harū  
artiū, q̄ re & cognitione doctores. Memini (sit q̄so venia  
aliqua libertati) me Coloniæ semel interrogare quendā e-  
senatu istor̄, cur non docerent in gymnasijis suis rhetori-  
cā, sine qua nec numerus certe reddi posset septē libera-  
liū artiū, nec magisteriū illarū quisq̄, nisi effrons & ipu-  
dēs, sibi vēdicare. Ridicule mihi hāc nos cōprehēdimus  
sub grāmatica inquit. Et ego, ad istū eundē modū, posse  
tis & totā Siciliā comp̄hēdere sub vna Aethna inq̄, Sed  
omissis his, qui nobis rhetoricā sub grāmatica primæ &  
secūdæ partis Alexādrī comp̄hendūt, & rē philosophiæ  
ignorātes, noīe glorian̄, ad alia commodū transeamus.

**G**In studijs humanitatis, vtilitatis & bonæ fru-  
gis plurimū esse,

**TOMVS SECUNDVS**



Vnc ueniamus ad id, quod secundo loco nos  
pbaturos sumus polliciti, videlicet multa uti-  
lia continere hæc studia humanitatis, Inf̄ quæ  
hoc primū occurrit, q̄ ex eis copia optimorū  
verbor̄ cōparatur, & eloquētia rebus psuadendis, sentē-  
tijsq̄ explicandis maxime necessaria adquirit, An in tot

Ciceronis pulcherrimis operibus, de amicitia, de parado  
xis, de senectute, de officijs, de tūsculanis q̄stionib⁹, de  
finib⁹ honorū & malorum, in tot epistolarū familiariū,  
tot secretarū librīs, in tot orationib⁹, præter inanē ver-  
borum elegātiā, nulla vtilia prudentiæ, fortitudinis, tē  
perantiz, præcepta oīmīo legūtur. Quis hoc credat, ni-  
si aliquis, qui sit posus semp honesta misocalus? Quid  
si inimicis nostris ego mōstrauero locum A ugustini, ubi  
ille Hortēsius Ciceronis legendo fateatur se desiderijs  
& precibus ad deum repēte conuersis, omnē vanā spem  
depositisse, & immortalitatē sapientiæ cōcupisse ēstu cor-  
dis incredibilē. Nonne eos mihi cōcedere æquum fuerit  
(quod antea negarūt) vtilia quædā in nostris hisce studi-  
is contineri? Verba diui patris A ugustini ex tertio con-  
fessionū eius volumine sunt ista. Inter hos ergo imbecil-  
la tunc ætate, discebam libros eloquētiæ, in qua eminere  
cūpiebam fine damnabili & uētoso, per gaudia vanitatis  
humanæ. Et usitato iam discēdi ordine, peruenērā ad li-  
brū quēdam cuiusdā Ciceronis, cuius linguiā fere omnes  
mirātur, pectus nō ita. Sed liber ille ipsius exhortationē  
cōtinet ad philosophiā, & vocatūr Hortēsius. Ille vero  
liber mutauit affectum meū, & ad teipsum domīe muta-  
uit preces meas, & vota ac desideria mea fecit alia, viluit  
mihi repente oīmis vana spes, & immortalitatē sapientiæ  
cōcupiscebam ēstu cordis incredibili, & surgere iā coēpe-  
rā, vt ad te redirē. Nō eī ad acuēdam linguā referebam  
illum librū, neq̄ mihi locutionē, sed qđ loquebat p̄suā-  
serat. Quō ardebā deus meus? quō ardebā euolare a ter-

familiares  
& secretæ  
C. eplæ.

Misocalus

Augus de  
Ciceronis  
Horten.

C iiij

Seneca  
Plinij na-  
tural histo-  
ria.

Salomon

Augusti.

Silitudo  
serpentis in  
scripturā.

renis ad te: hæc Aug⁹. Nō sunt igit̄ oīa, q̄ in studijs hūani-  
tatis discun̄ falsa & uana, nec in dicēdo solū eloquenter,  
sed etiā in salubrit̄ docēdo sunt occupata, et cōplura cer-  
te vtilia cōtinent. An nihil utile cōponēdis moribus ē in  
op̄ibus Senecæ: nihil in naturali historia Plinij, multipli-  
cē pene oīm terrestriū, & aq̄tiliū, oīm herbar̄, plantar̄,  
metalloī, lapidū, naturā tradētis? Quare igit̄ intersapiē-  
tiæ dona, reputat Salomō, scire natūras aīaliū, & iras be-  
stiarū, vim uētor̄, differētias uirgultor̄, & ȳtutes radī-  
cū: Quā vtilis sit hæc cognitio itelligēdis sacris l̄ris (ut in  
terī de medicina taceam⁹) copiose & luculēter etiā ab Au-  
gus. disputat, Cui⁹ ȳba, q̄a nobis fortissime militāt cōtra  
aduersarios adscribem⁹. Ait aut̄ sic li. iij. de doc. chr. Rerū  
āt ignorātia facit obscuras, figuratas locutiōes, quū igno-  
ram⁹ uel aīantiū, uel lapidū, uel herbar̄ natūras, aliarū ve-  
rerū, q̄ plērūq; i scripturis silitudīs alicui⁹ ḡfa ponunt. nā  
& de serpēte qđ notū ē, totū corp⁹ eū, p capite obījcere fe-  
riētib⁹, q̄tū illustrat sensū illū, q̄ dñs iubet astutos nos eē  
sicut serpentis: vt scilicet pro capite n̄o qđ est Ch̄s, cor-  
pus potius psequentibus offeramus, ne tides Christiana  
tanq; caput neceſ in nobis, si parcētes corpi, negemus de-  
um, Vel illud, q̄ per cauernæ angustias coartatus, deposi-  
ta veteri tunica, vires nouas accipe dicit̄, quātum conci-  
nit ad imitādam ipsius serpentis astutiam, exuēdumq; ip̄m  
veterem hominem, sicut Apostolus dicit, vt induamur  
nouo, et exuēdum per angustias (dicente domino) intra-  
te per portā angustam. Ut ergo noticia naturæ serpentis  
illustrat multas silitudines, q̄s de hoc animante scriptura

dare cōsueuit, Sic ignorātia nō nullorū animaliū, quæ nō  
minus p̄ similitudines cōmemorat, impedit plurimū le-  
ctorē. Sic lapidū & herbarū, vel q̄cūq; tenētur radicib⁹,  
nā carbunculi noticia, q̄ lucet in tenebris, multa illuminat  
etīa obscura libroꝝ, vbi cūq; ppter silūtudinē ponit. Et  
ignorātia berilli, uel adamātis, claudit plærūq; intelligen-  
tiæ fores, nec aliā ob causam facile ē intelligere pacē ppe-  
tuā, significari oleæ ramusculo, quē rediens ad arcā colū  
ba ptulit, nīsi quia nouimus, & olei lenē contactū nō faci-  
le alieno humore corrūpi, & arborē ipsam frondere gen-  
niter, Multi aut̄ ppter ignorantia hyssopi, dū nesciūt quā  
vīm habeat, vel ad purgandū pulmonē, vel (ut dicit) ad sa-  
xa radicib⁹ penetrāda, quū sit herba brevis atq; humiliis,  
om̄ino inuenire nō possūt, quare dictū sit, Asperges me  
hyssopo & mundabor. An nullū etīa c̄p̄cipium est, in  
tot Strabonis, Dionysij, Pōponij mellæ, Ptolomei scri-  
ptis de cosmographia libris? Idē Augustinus noster cer-  
te iudicat, non negligendā esse locorum cognitionē, vbi  
inquit. Benignā sane traternæ vtilitatī eū om̄ino impēsu-  
rū operā, si quis sicut alij quidā verba oīa, & nomina he-  
bræa, & syra, & ægyptia, uel cuiusq; alterius linguae (si q̄  
pterea in scripturis sanctis inuenias) se patim interptati īā  
sunt, ita ipse quo scūq; terrarū lecos, quæue alia aīalia, v̄p  
herbas, atq; arbores siue lapides, yl metalla īcognita, spe-  
ciesq; quaslibet scriptura cōmemorat, ea generatim dige-  
rēs, sola exposita l̄ris mandet. Si aut̄ nihil cognitio locorū  
cōfert, quur ergo Hieronymus nō cōtētus in volumini-  
bus sacris toties legisse singulas vrbeis, viculos, mōteis,

Lapidum  
noticiā ad-  
iuuare itel  
lectū scrip-  
turæ.

Oliua cur  
pac̄ signū.

Hyssopi  
vis ad pur-  
gādū sto.

De vtilita-  
te Cosmo-  
graphorū.  
Augusti.

Hiero.

Pius pon.  
max.

flumia, torrēteis, & cōfinia Iudæę, etiā voluit eorūdē lo  
corę, circūeundo cū eruditissimis hebręorę, sit⁹, corā ocu  
lis corporalib⁹ intueri. Sāctissimi Hieronymi x̄ba(ne forte  
telū, qđ nō oñdo, etiā me nō habere aduersari⁹ putet) hic  
interserā, Ita in Paralip. p̄fatiōe ab eo scriptū lego. Qūo  
græcorę historias magis intelligūt, q̄ Athenas viderunt,  
& tertiu Vergiliij librū, q̄ a Troade p̄ Leucaten, & acro  
ceramnia ad Siciliā, & inde ad hostia tyberis nauigauerūt,  
Ita sanctā scripturā lucidius intuebit⁹, q̄ Iudæā oculis con  
tēplatiis ē, & antiq̄r̄vrbīū memorias, locorūc⁹, vel eadē  
vocabula, vel mutata cognouerit. Vñ & nobis curæ fu  
it, cū eruditissimis hebręorę hūc labore subire, vt circū  
irem⁹ prouintiā, quā vniuersit̄ Christi sonat ecclesię. Ne  
c⁹ post istos Pius secūdus, sibi pontifici, & iam seni, exi  
stimauit turpe esse, rerū vbiq̄ gestarę historiā, & omniū  
locorę situs diligēter describere, licet (ut peritus guber  
nator vētos) p̄uidet, nec sibi quidē summo pōtifici par  
suros istos (qbus oēs plateæ iam plenæ sunt) bonas & vti  
leis disciplinas carpe & mordere adsuetos, quādo illorū  
morsibus occurrēs, ita p̄fandū fere necessario duxit. An  
fugiet laborem nostrū malignus interpres? Minime qui  
dē, nec tātū nobis arrogamus. Vñ hoc (inq̄ent) ociū pōti  
fici maximo: qđ in scribēdo hāc tēpus absumpsit, Chri  
stianæ plebi detraxit. Quār nō vtilius sese exercuit? Tē  
pora nostra, & res notas inculcat. Quis fructus? Et pau  
lo infra. Sed quid cōtēdimus, tanq̄ maledicis occursuri,  
clausuriq̄ ora frustra nitimur? Et in dextro, & in sinistro  
latrāt itinere canes,. Nullius vita sine reprehensione cucur

rit. Cōem sortem æquo aīo ferre decet. Nihil ne rogo  
etiā penit<sup>o</sup> valēt ad eruditionē, tot rhetoricae artis a Fortū  
natiano, Cornificio, Quītiliano, Cicerōe, mltisq; alijs re  
līcta posteris volumīa. Hieronym<sup>o</sup> certe, ad Paulinū inf  
vtillissimas arteis d<sup>e</sup>putat rhetoricam, sic dicēs. Taceo de  
grammaticis, rhetorib<sup>o</sup>, philosophis, geometris, dialecti  
cis, astronomis, medicis, q̄r sciētia mortalib<sup>o</sup> uel vtilissi  
ma ē, Sed de hoc postea. Nihil ne ad cōpandā prudēti  
am tot græcę, latinęq; magnō studio plustrate, iuuabunt  
historiæ. Ego ne hoc credā: aut mihi hoc q̄sīistorę p̄ sua  
serit. Immo p̄terq; q̄ Cicero (nō oīno respuēdus auctor)  
testē tēporę, lucē x̄itatis, uitā mēorię, mḡram uitæ, nūtiā  
uetustatis, historiā vocat, & p̄terq; q̄ mlti p̄stātes īgenio  
phī, se ad scribēdā eā cōtulerūt (licet nūc phī fere, sed &  
theologi q̄q; nō pauci, maiorē studij sui p̄tē, ī dialecticis  
argutioł, & his oppido q̄ puerilib<sup>o</sup> solū exigāt, adeo ut cō  
plureis ex his, senes capulareis, videam<sup>o</sup> adhuc logicam  
decere q̄tid: e scholasticos) ego testimoniō Augus. pbabo  
istis, ad itelligēdā sacrā scripturā, nō vtilē mō, verę etiam  
necessariā ppe eē historiā. Et ne diuti<sup>o</sup> remoremur suspē  
sos, scđ'o de doc. chr.lib. ita scriptū iueniēt ab Augustio.  
Quicqd igit̄ de ordie tpm trāfactorę, idicat ea, q̄ adpellat̄  
historia, plurimū nos adiuuat ad sctōs libros itelligēdos,  
etia si p̄t̄ ecclias puerili eruditioe discat̄. Nā & p̄ olympia  
des, & p̄ cōsulū noīa. mltasq; sepe q̄runf a nobis. Et ignorā  
tia cōsulatus, q̄ natus est dominus, vel quo passus est, nō  
nullos coegit errare, ut p̄itarent quadragintafex annorę  
ætate passum esse dominū, q̄a p̄ tot ānos edificatū esse tē

Hiero.

Historiā  
qd secūdū  
Cice.

Augus. de  
vtilitate hi  
storiæ.

plū dictum ē a iudæis, qd' imaginē dñici corporis habebat.  
Et paulo post. De utilitate aut̄ historiæ, ut omittam græ  
cos inquit, quantā noster Ambrosius q̄stionē soluit, calū  
niātibus Platonis lectoribus & dilectoribus, qui dicere  
ausi sunt, omneis dñi nr̄i Iesu Ch̄ri sent̄ias, q̄s mirari, &  
p̄dicare cogunt̄, de Platonis libris eū didicisse, qm̄ longe  
ante humanū aduētū dñi, Platonē fuisse negari non po/  
test, Nōne memoratus ep̄s, cōsiderata historia gētium,  
quū Platonē reperisset Hieremiæ pphetæ tpibus profe/  
ctū fuisse in Ægyptū, vbi tūc ille ppheta erat, phabilius  
esse ostēdit, q̄ Plato potius nr̄is l̄ris, p Hieremiā fuerit in  
stitutus, ut illa posset docere vel scribere, q̄ iure laudant̄.  
Ante l̄ras em̄ gētis hebraor̄, in q̄ vnius dei cultus emi/  
ciuit, ex qua scd'm carnē venit dñs noster, nec ipse qdem  
Pythagoras fuit, a cuius posteris Platonē theologiā didi/  
cisse isti adserūt, Ita cōsideratis tpibus, fit multo credibili/  
us, istos potius de l̄ris nr̄is habuisse, qcunq̄ bona & vera  
dixerūt, q̄ de Platonis dñm nr̄m Iesum Ch̄m, qd demē/  
tissimū ē credere. Narratiōe aut̄ historica, quū p̄terita eti/  
am hoīm instituta narrant̄, nō inter humana instituta ipsa  
historia numerāda ē, quia iā q̄ transierūt nec infecta fieri  
p̄nt, in ordine tēpor̄ habēda sunt, q̄r̄ ē conditor & admi/  
nistrator deus. hæc de historia ex Augustino. Præterea  
Hieronym⁹ in cōmētarioꝝ suorū sup Danielē plogo ita  
inqt. Ad intelligēdas aut̄ extremas pteis Danielis, multi/  
plex gr̄cor̄ historia necessaria ē, videlicet Suctoriū, Cal/  
linici, Diodori, Hieronymi, Polybij, Possidonij, Clau/  
dij Theonis, & Andronici cognomēto Alipij, q̄s & Por-

Historia  
nō nueran/  
da inf̄ insti/  
tuta hūana

Hiero.

phyrius esse se secutū dicit, Iosephi q̄q; & eorum quos ponit Iosephus, p̄cipueq; nostri Liuij, & Pōpeij Trogi, atq; Iustini, q̄ oēs extremæ visiōis narrat historiā, & post Ale xandrū, usq; ad Cæsarē Augustū, Syriae, & Aegypti, id ē, Seleuci, & Antiochi, & Ptolomeorū bella describūt. Et si qñ cogimur līrāꝝ secularium recordari, & aliq ex his dicere, q̄ oīm obmisimus, nō nostræ ē volūtatis, sed (ut ita dicā) grauissimæ necessitatis, ut pbemus ea q̄ a sanctis p̄phetis, ante secula multa p̄dicta sunt, sā Græcorū, q̄ Lati norū, & aliarū gētiū līris cōtineri, Ecce vobis boni patres, & aduertite si uoltis, q̄ extremæ necessitatis esse dicit(ne dū suæ volūtatis) ad explanādas Danielis p̄phetæ visio-nes, crebro seculariū historiaꝝ meminisse, q̄ oīno intelli-  
gi absq; illis ad plenū nō possint. Multa sciēs p̄terea trās-  
eo, q̄ de cōmoditate historiae, ab Iosepho, Plinio, Luciano, ceterisq; cōpluribus adhuc referunt. Nescire aut qd  
antea q̄ natus sis acciderit, nōne id ē sp̄ esse q̄dam mō pue-  
rū? Quid em̄ ætas hoīs, nisi cū memoria veterū rerū, cū  
superiorū ætate cōtexit, vt ait Cicero? Certe pleni sunt hi  
librisapiētiū vocū, plena optimorū exēplorū, plena vene-  
rādæ vetustatis, q̄ iaceret in tenebris oīa, nisi hūanarū līra-  
tū ea lumē accēderet, Qz mltas nō solū ad intuēdū, verū  
etia ad imitādū, clarissimorū & cōtinētissimorū virorū ex-  
p̄ssas imagies, scriptores Græci, parif & Latini nobis reli-  
q̄runt: quas si q̄s in repub. mḡratū gerēs sibi pponat, ani-  
mū & mentē indubie ipsa recordatiōe excellētiū hoīm,  
ad uerā laudē, honestatē p̄ notabiliter cōfirmabit. Quāto Basili'ma-  
rectius ergo, q̄ isti, diuus Basilius magnus Cæsareæ ciui-  
gnus

Necessari  
am esse hi-  
storiaꝝ no-  
ticiā theo-  
logo.

D.

tatis archieps, cōsulit aduscentibus, q̄ eis (donec sacros sermones, ppter, pfundos illorū sensus, p' aetate adhuc capere nō possint) poetis & oratoribus, & scriptoribus cæteris, oībus deniq̄ hoībus inhærēdū dicit, vñ illos aliqua ingenij sit adsecutura utilitas. Et sicut tinctores lanā, que receptura sit nobilē aliquē colorē, primo sollicite p̄parat, ut postea supinducat florē siue purpureū illū, siue quem uis aliū, ita inquit extraneis disciplinis quū primū fuerint imbuti, tū demū (velut positis rudimētis, syncer & icorruptū florē probitatis ex sacrī lectionibus cōsequātur. Et quasi solē in aqua prius videre adsuefacti, ad ipm verræ lucis radiū pupulis q̄dammodo cōfirmatis, erigant intuitū. Vnde etiā, ne mala q̄dam (q̄ in poetis quibusdam, alijsq̄ æthnicis scriptoribus q̄nq̄ occurunt) noceant incautis, putili & elegāti ad nepotes suos opusculo docuit, quō tutissime legi possint seculares libri. Quā isti de bo ne nihil pene sapiūt, qui studiū humanitatis nihil esse putat aliud, nisi (vt iterū dicā) studium fabular̄ (Cicero certe nō minus phūs q̄ orator, honestar̄ artium rudeis indoctosq̄ omneis eos libere audet adpellare, qui nullā in his studijs curā operamq; ponere voluerūt, ut ex his ybis q̄ de Curione scribit, p̄spicue adparet. Illa aut sunt hēc. Ne minē ex ijs qdē qui aliq̄ in numero fuerūt cognoui, ī omni genere honestar̄ artiū tā indoctū, tā rudē, nullū ille poeta nouerat, nullū legerat oratorē, nullā memoriā antiquitatis collegerat, hæc Cicero) & nō potius de diuinis, humanisq; de p̄teritis, de futuris, d̄caducis, de æfnis discēdū simul, q̄ voluerit veri potius, q̄ adūbrati alicuius poe

Nota simi  
litudinem.

Oim artiū  
studiū esse  
studiū hūa  
nitatis

tæ, siue yſificis tantū pſonā ſuſtinere, Quanq̄ tñ nec iſpas  
fabulas uolum⁹ penitus abiſci, ſicut nō oēis recipi, nā nec  
oibus fabulis repugnat phīa, ſicut nec oibus adquiescit.

Quēadmodū eñ eas q̄ꝝ narratiōis cōtextus p turpia &  
indigna ſigmēta, ac mōſtro ſilia cōponit, iure iprobat at/  
q̄ elimiat, ita eas, q̄ nō tñ cōciliandæ auribus voluptatis,  
ſed adhortatiōis q̄q̄ in bonā frugē ḡra, reptæ ſunt, nec re  
phendit quidē, nec abiſcit, Quales ſunt illius fabulatoris

Aesopi fabellæ, elegātia(ut Macrobius inq̄t) fictiōis illu- Aesop⁹ fa  
ſtres, q̄ꝝ ipſe etiā Hiero. n̄ nō nunq̄ meminit, ut ſignant  
in ep̄lis ad Saluīnā, & Marcellā, Quid, q̄ diuus q̄q̄ Am

broſius, ex pulpito eccliaſtico, nō refugit q̄nq̄ pp̄lm, q̄ Ambro.

eū ſibi attentiorē redderet, ſigmēto aliq̄ poetico uelut in

dormientē excitare. Sicut in ſermone, de ſacrosancta fal- uatoris cruce, in q̄ hæc legunt ad ybū. Seculi ferūt fabulæ,

Vlyſſem illū, qui decennio maritimis iactatus errori- bus, ad patriā quenire nō poterat, quiū in locū quēdā cur

fus illū nauigij detulifſet, in q̄ ſirenaꝝ dulci cātus crude- lis varietate resonabat. Et adueniēteis ſic blanda modula-

tione mulcebat, ut nō tā ſpectaculū voluptatis caperēt, q̄ naufragiū ſalutis. Talis eñ erat illi⁹ oblectatio cātillenæ,

vt quisq̄ audifſet vocis ſonitū, iā nō tēderet ad eū quem volebat portū, ſed pgeret ad exitiū qđ nolebat. Quū igit̄

Vlyſſes incidiſſet hoc dulce naufragiū, & illi⁹ ſuauitatis vellet declinare pīculū, diciſ ſi ferta cera auribus ſociorꝝ,

ſeipm ad arborē nauigij religaffe, q̄ & illi carerēt pnitiosa audit⁹ illecebra, & ſe dōpiclō nauigij cursus auferret. Si ergo de Vlyſſe illo fabla refert, q̄ eū arbor⁹ religatio de

De fabul.

Aesop⁹ fa  
bulator  
Hiero.

D ij

• •

periculo liberarit, quanto magis predicandū, quod uere factū est, hoc ē, q̄ hodie om̄e genus homī de mortis p̄icula crucis arbor eripuit. Et paulo infra inq̄t. Arbor em̄ in nau, ē crux in eccl̄ia, q̄ inter totius seculi blāda & p̄niciofa naufragia, incolumis sola seruat. In hac ergo nau i q̄squis aut arbori crucis se religauerit, aut ait reis scripturis diuinis repleuerit, dulcē procellā luxuriæ nō timebit, Sirena rū em̄ qdā suauis figura ē, mollis cōcupiscentiæ voluptatū, q̄ noxijs blādimētis cōstantiā captæ mētis effœmiat, Nec ipse sanctus Thomas omneis fabulas vno ordie, & indifferēter auersat, exponēs illud ap̄lī, ad Timotheū. In eptas aut, & anileis fabulas deuita. Nam ibi ait reptas primū fabulas a poetis, ut hoīes p̄ eas ad ȳtutes inducerēt, & a vitijs abducerēt, eo q̄ rep̄sentatiōib⁹ hm̄oi simplices melius aliquāto moueant, q̄ rōnibus, quū fabula constet ex miris, & miro apte rep̄ntato inq̄t delectari rationē in collatione, q̄ delectatione efficit, ut monēti aliqd honesti, p̄ hm̄oi rep̄ntationē facilius adsentiaſ interdū auditor, q̄ alias, Hoc mō sane & in Iudicū volumē Ioathan fili⁹ Hierobaal vsus legit̄ fabulosa, sed apta nimirū rep̄ntatiōe ad omneis viros Sychem, quū eis cupet exacte subiçere, q̄ indignā, quāq̄ iniiquā vicē reddidissent bñficijs Hieroba al patris sui. Cuius filijs ad septuaginta foede imperfectis, regē sibi cōstituerāt Abimelech. Itaq̄ idē S. Thomas ne fabula aliq̄ dicat inanis, aut inepta (q̄les vitari ap̄l's præcipit) duo ad hoc req̄ri ostēdit, Vt s. cōtineat intrisicus sensum verū, rep̄ntetq̄ aliqd vtile, q̄tē vt cōueniat & q̄dret illi veritati, cuius quādā q̄si imaginē gerit, Vñ inquit. Si

S. Thomas

A pologis  
simplices  
moueri  
meli⁹, q̄ ra  
tionibus

Ioathā fili⁹  
Hierobaal

proponat fabula, q̄ nō potest rep̄sentare aliquā veritatē,  
ea ē inanis. Quę vero rep̄ntat qdē, sed nō p̄prie, ē inepta,  
sicut fabulæ de Thalmud, Hæc ille fere ad ybū. Vñ eum  
adparet fabulas hmōi, q̄ uerū, & vtile quippiā moneant,  
idq̄ apta quadā figuratōe rep̄sentēt, nō reīcere penitus,  
nec aspnari. Qui admodū nec Cassiodori frater Fulgēti  
us Placiades Carthaginēsis ep̄s, aspnatus ē eas, q̄ de qua  
rundā abstrusis sensibus fabular̄ (in hoc pr̄scos pl̄erosq;  
philosophos emulatus) treis mythologiarū libros, q̄ etiā  
amnū extāt, & uiuūt, eruditē, graphiceq; cōposuit. Qui  
iā isti mihi p̄suaserint, nihil esse vtile in studio hūanitatis,  
cuius etiā (ut ex sup̄dictis iam adparuit) ea pars, q̄ fabulis  
constat, & abiectissima est in eo studio, omni prorsus vti  
litate nō caret. Si nondum adq̄escūt tā aptæ pbationi, au  
diāt adhuc Augustinū adfūrmātē oīneis gētiliū discipli  
nas nō solum vana, & sup̄sticiofa figmēta, sed etiā vtilia  
qdā p̄cepta cōtinere. Verba ei⁹ sūt hæc. Sicut em Aegy  
ptij non solū idola habebāt, & onera grauia, q̄ ppl's Israel  
detestare⁹ & fugeret, sed etiā vasa atq; ornamēta de auro  
atq; argēto, & vestē, q̄ ille populus exiēs de Aegypto,  
sibi potius, tanq; ad vsum meliorē clanculo vēdicauit, nō  
auctoritate p̄pria, sed p̄cepto, ipsis Aegyptijs nescienter  
cōmodātibus ea, qbus nō bene vteban⁹. Sic doctrinę oēs  
gentiliū, nō solū simulata & sup̄sticiofa figmēta, graueis  
q; sarcinas sup̄uacanei laboris habent, q̄ vnuſquisq; nīm,  
duce Christo, de societate gētilium exiens, debet abomi  
nari, atq; deuitare, sed et liberaleis disciplinas, vſui veri  
tatis aptiores, & qdam mor⁹ p̄cepta vtilissima cōtinent,

D iij

Quę fabu  
la inanis, q̄  
inepta

Fulgētius

Augus.

Mīta cōti  
neri velia i  
gētiliū dis  
ciplinis.

de cibis ipso vno deo colendo, non nulla vera inueniunt apud eos, quod eorum tamquam aurum & argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quae metallis diuinæ pruidentiae (quæ ubique infusa est) eruerunt, & quod per se atque iniuriose ad obsequia demonum abutuntur, quum ab eorum misera societate esse a deo separati, debet eis auferre Christianus ad usum iustum predicandi euangelij. Et post paulo subiungit. Nam quod aliud fecerunt multi boni fideles nostri. Nonne aspicimus quanto auro & argento & veste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor suauissimus, & martyr beatissimus, quanto Lactatius: quanto Victorinus: Optatus: Hilarius: ut de viuis taceam, quanto innuerabiles Graeci: quod prior ipse fidelissimus dei famulus Moses fecerat, de quo scripsit etiam quod eruditus fuerit omni sapientia Aegyptiorum. Ecce in omnibus genitiliis disciplinis, multa utilia contineri mihi Augustinus adfirmat, isti negantur. Cui credam? Ide beatissimos martyres, innuerabiles Graecos, & multo ante fidelissimum dei famulum illa ide abstulisse, & ad Christi obsequium trastulisse, vehementer laudat, meque imitari exemplum iubet. Contra isti attigerunt oīno (vel extremo dígito) prohibet. Quos sequar? Non sum (quod ingenuus fateor) magni iudicij, sed non tam nullius tamen, ut igniculos istos soli anteponam.

**I** Studium humanitatis ad intelligendū sacram scripturā cōducere, & eius literaturae peritia aliquantulū, immo multum, adiuuari lectorem,

### TOMVS TERTIVS

Vnde hoc studia prohibenda adolescentibus Christianis etiam censent, quid eo offendat atque aberrent, iam supra uideor mediocritatem ostendere.



disse, vbi ex Augustiui, & Hieronymi (duoꝝ meo iudicio summorum eccliaſticæ doctrinæ pfeſſorꝝ) yb̄is declarauit, q̄ſdam ſanctos pphetas, ob ſeculariū hiftoriarꝝ oīmo- dā ignorationē, plærifq̄ locis intelligi perfecte nō posſe. Pluribus tñ adhuc ostendā, eorundē auctoritate, lectorē ſacræ scripturæ hiſ ſtudijs qñq̄ iuuari. Et perfecti interp̄tis, ſiue tralatoris munus (quo ad trāſferēdos fideliter & pure ſacros aliquos libros ſæpe opus habet ecclesia) ſine humanioris huiuscē l̄taturæ facultate, exacte ſaltē imple ri nō posſe. Quis n̄m tā longe a lectione ſacræ ſcripturæ peregrinat, qui totā fere hiſ ſiguris (q̄ oratoribus & poe- tis familiarissimæ ſunt, & ſchemata, ac tropi, a grammati- cis adpellātur) plenam eſſe non norit. Hæ locutiones (ni ſi nihil Auguftino in hac parte tribuūt) non mediocrē cu- ram, induſtriā iamq; deſiderant. Nam imprimis cauendum eſſe ait, ne figuratā locutionem ad literā adcipiamus. Et ad hoc p̄tinere illud apostoli dictum, Litera occidit, ſpiri- tū autē viuificat. Illum vero ſequi literā, qui verba trala- ta ſicut propria teneat, neq; illud quod proprio verbo ſi- gnificatur, referat ad aliam ſignificationē. Sed ſi audierit ſabbatum (verbi gratia) non intelligat niſi vnum diem de ſeptem, qui continuo volumine repetūt. Et cum au- dierit ſacrificium, non excedat cogitatiōe illud, quod fie- ri victimis pecorum terrenisq; fructibus ſolet. Eam de- mū miſerabilem animæ ſeruitutē eſſe adfirmās, ſigna pro rebus accipere, & ſupra creaturā corpoream, oculū men- tis ad hauriēdum æternū bimē leuare nō posſe. Idē etiā, quia in hiſ locutiōibus, ſi aliter atq; oportet intelligātur,

Schemata  
ac tropos i  
ſacrī l̄tis n̄  
mediocrē  
induſtriā de-  
ſiderare

A iā ſerui-  
t° ſigna ac-  
cipe, p̄ re-  
bus

Tropis m<sup>l</sup>  
tiplicatius  
v<sup>s</sup>os auto  
res sacros,  
q̄ seclareis

Nō q̄ nr̄is  
cēsorib<sup>p</sup>  
cipiuvideā  
tur grāma  
tici.

Quāto q̄s  
rudior, tan  
to ferme  
nūc aptior  
ad theolo.

nō mediocre periculū vertitur, sollicite quō figurata, aut contra nō figurata discerni possit ostēdit. Et alibi. Sciant aut inquit l̄ratī modis oībus, locutionibus quas grāmati- ci grēco noīe tropos vocāt, auctores nostros v<sup>s</sup>os fuisse, & multiplicatius atq̄ copiosius q̄ p̄t existimare vel cre- dere, qui nesciūt eos, & in alijs ista didicerūt. Quos tamē tropos qui nouerūt, agnoscūt in l̄ris sanctis, eorūq̄ scien- tia ad eas intelligendas aliquātulū adiuuant̄. Sed hic eas ignaris tradere nō decet, ne artē grāmaticā docere videa- mur. Extra sane vt addiscāt moneo, q̄uis iā supiūs admo- nuerim. Nū his v̄bis obscure dicit Augus. sacros aucto- res om̄ibus tropis v<sup>s</sup>os esse, & multiplicatius etiā q̄ exi- stimare valeāt, qui sacra volumīa nondū attigerint, eorū- q̄ sciētia ad illa intelligēda aliquātulū adiuuari lectorem̄. Atq̄ ideo se monere (licet iā supiūs monuerit) ut discant̄ a grāmaticis. At a q̄bus grāmaticis uolūt h̄ij nostri casti- gatores, & dñi (q̄n̄ quidē sine p̄missu istor̄ nihil ferme at- tingere in l̄ris cuiq̄ iā amplius licet, tantū sibi imperiū eti- am in hoīes liberos arrogāt) eos addiscam̄. Ex Alexan- dro ne, aut Eberhardo grācista. Certe sic nūc viuit, q̄cū- q̄ mō primā, & secundā (vt vocāt) parteis Alexandri, & cōpositayboꝝ attigit, satī superq̄ iā ad om̄eis pādectaꝝ leges, & vniuersos libros canonicos p̄cipiēdos, idoneus auditor ē. Si quid p̄terea in latinis l̄ris profecit, oīno id ue- lūt supfluū in eo dānat. Immo quāto quis rudior fuerit, tāto ferme aptior ad leges & canonē censem̄. O tēpor̄ in- scitiā, O q̄ntis uitæ in tenebris legit̄ hoc æui. Diuus Hie- ronymus, ppter latinū sermonē, se ab ipsis pene incunabu-

His inter grāmaticos rhetoresq; & philosophos, detritum  
esse dicit, vt sic posset vtilis esse ecclesiæ. At nunc proh  
pudor optimè indolis pueri, & eccliaisticis qñq; officijs p  
ficiendi, grāmaticos & rhetores audire q̄tidianis, ppe cō  
uicijs phibent, ptei vnū Alexādrū Gallū, cū glossa nota  
bili, Coloniæ nata, quē si cōsultū, pfectui eorū vellent (q  
se solos recte nunc cōsulere illis putāt), phibēdi erant uel  
pcul aspicere. An īcorruptū latinæ linguæ sermonē, pue  
ro dabit Alexādri textus informis? pumex aridus citius  
certe aquā postulāti dederit. Ex illa inopi, & ieuma(ne di  
cā barbara) institutione, q tu speres tātā eruditioñis supel  
lectilē, ut aliqd, si opus sit, uel e Grēco, vel Hebræo apte  
possis latīno sermone conuertere, cuius nō mediocri co  
pia opus ē absolute interpti, q idē Hieronymus apte ostē  
dit dicēs. Aliud ē em̄ esse vatē, aliud est esse interptē, Ibi  
spūs vētura p̄dicit, hic eruditio & copia v̄borū, ea q̄ intel  
ligit transfert. Ex his Hieronymi & Augustini testimo  
nijs, qbus illi ingenue fatent̄ oībus poeticis & oratorijs  
loquēdi modis, v̄fos esse auctores sacros, & a grāmaticis  
eos discēdos esse admonēt, q ad intelligēdas līras sanctas  
eorū sciētia aliquātulū imo multū adiuuent̄ (nā paulo in  
fra eū iīpm locū quē supra adduxi, idē Augustinus tropo  
rū cognitionē, scripturarū abiguitatibus soluēdis necessā  
ria esse inqt uel maxime, q̄ si sensus absurdus sit, quū ad  
pprietatē v̄borū accipit, qrere oporteat, ne forte illo, vel  
illo tropo dictū sit, qd nō intelligimus, & sic multa inuen  
ta esse, q̄ alias latehant) iōfero atq; cōcludo, nō phibenda  
esse ch̄rianoꝝ pueris studia humanitatis, sed si mō q̄tas ea

Glossa no  
tabilis.

Hiero. de  
officio iter  
pretis.

Augus.

E

• •

fuerit, in qua ista recte & cōmode disci possunt, vltro ro-  
gandos, cohortādosq; esse, q illis se doceri, erudiriq; etiā  
libēter patianf, q̄uis reclamāt, qui sua sapientiam nō tam  
fōeliciter doctis, q̄ indoctis adprobant.

**G**Multos sanctos & graueis viros, in humanita-  
tis studijs floruisse olim, & hoc seculo nostro ad  
huc florere. **TOMVS QVARTVS.**



Aristides  
phūs

Iustin⁹ phi-  
losophus

Melito  
ēps.  
Dionys⁹  
ēps.

Pantænus  
stoicus

Vur eñ bonus adolescens, & ad ingenij cul-  
tum natus, ea studia reformidet, ad q̄ capes-  
senda eñ Mosis, Danielis, Solomonis qdā  
quasi figurę hortant atq; inuitant, vt supra iā  
meminimus semel. Sed ad nostros, hoc est, euangelij do-  
ctrinā professos veniamus. Aristides philosoph⁹, & sub-  
pristino habitu discipulus Christi, pro cuius dogmate eti-  
am librū Adriano principi dedit, turpis ne (qñ iam ita vi-  
dētur promiscue om̄ibus per hēc studia eruditis, allinere  
turpitudinē) quia eloquētissimus extitit. An turpis Iu-  
stinus & ipse philosophus, q̄ librū quē cōtra genteis a se  
compositū Antonino & senatui obtulit, eloquēter poti-  
us, q̄ barbare scripsisset. Quid Melito Arianus, eo ne Sar-  
dēsem ecclesiā negligentius administravit, q̄ Frontonis  
oratoris discipulus fuisset? Fortasse & Dionysius Co-  
rinthior⁹ ēps, qui Antonino secūdo imperāte floruit, vi-  
tuperād° venit, q̄ eloquētia eius nō solū suæ ciuitatis, &  
p̄uintiæ ppl̄os, sed aliar⁹ q̄q̄ vrbiū, ac p̄uintiar⁹ ēpos eru-  
diret. Hos q̄ vitupat, nō ille etiā satis (opinor), p̄habit Pā-  
tænū stoicæ sectæ phīm, quē, pp̄f dmirabilē nō solū diuīa-  
rū, ver⁹ etiā seclariū līrār⁹ cruditionē, i Indiā ut mitteret a-

Demetrio Alexādriæ ep̄o, legati illi⁹ gētis petierūt, ubi  
etia⁹ Bartholomēū, vnū de. xij. ap̄lis tū reppit, Nec huius  
auditorē Clemētē Alexādrīx ecclīæ p̄s byter̄, cui⁹ ferūt Clemens  
insignia volumina, plenaç⁹ eruditōis, & eloquētiæ, tā de  
scriptur̄ diuīs, q̄ de secl̄aris l̄faturæ iſtrumēto. His addet  
duos A pollonios, vnū disertissimū scriptorē p̄clarī volu-  
minis aduersus Priscā, & Maximillā, earūq; ducē Mōta-  
nū editi, alter⁹ Romanæ vrbis senatorē, Nec p̄derit ad re-  
missionē notæ huic, q; p Ch̄ro imperāte Cōmodo, capite  
trūcat⁹ ē, aut illi, q; insignis p̄ fide aduersus h̄ereses Seue-  
ro Cōmodoq; p̄cipib⁹ certarit, & ch̄rianū dogma q̄ntū  
in ſe fuerit enixe, fidelit̄q; adiuuerit. Iā ad nomē Origēis  
exhorrefecit cōtinuo. Et ppter mala, ei⁹ etiā bona dānabit,  
cōtra ppheticā phibitionē. Immo ſi nihil ſit erratū in do-  
gmate fidei, tñ eruditionē & eloquētiā in eo nō feret, p̄  
pter quā vel ſolā Hiero. nr̄, certe adhuc legendū eū (& ſi  
h̄ereticū) putat, qđ plane non feciſſet Hiero. ſi etiā erudi-  
tionē malū, ut iſti, iudicafſet. Nec ſane erroris & blaſphœ  
miæ i Origene tñ cā fuuit eloquētia, ſed phīa poti⁹, de q̄ i  
ferius pl̄a. Illud certe cōſtat, Origēnē hūc, cū eēt, p̄mptif  
ſimæ eloquētiæ, musicā, grāmaticā, rhetoricaq; ceteraſq; Cā h̄erese  
os i Orig.  
phīa, nō e-  
loquentia.  
liberaleis disciplīas ita docuiſſe, ut ad eū miri cōcurſ⁹ fie-  
rēt q̄tidie, ex ſeculariū l̄fār̄ ſtuđofis, eosq; illū, ppter ea re-  
cepiffe, ut ſub hac l̄fature ſeclar̄ ſociaſiōe, illos iſtū tueret i  
ſide Ch̄ri. Quid hic malū ſit, nō eqdē uideo, quur nō poti  
us hoc ſit de māmona ūigtat⁹ (iuxta p̄ceptū dñicū) ſibi fe-  
ciſſe amicos æternitatis. Attamē inclemēter oēs eloquē-  
tię ſecularis ſtuđofi, clauſis oculis, auribusq; damnamur,

E ij

• •

a musicæ .i. poeticæ ignaris. Quia suæ sententiæ seueritate, si adhuc pergit damnare ceteros, nec Ammonius eodem tempore vir disertus & eruditus Alexandriæ habitus, euadet naufragium, Nec Triphon Origenis auditor, Nec Minutius Felix insignis Romæ causidicus, Nec Theodorus (qui postea Gregorius appellatus est) Neocæsareæ poti ep̄s, qui admodum adulescens, ob studia Græcarū & Latinarū līrārū, de Cappadocia Berytū, & inde Cæsareā Palæstinæ adiit. Cuius nō solū scripta laudantur, sed etiā signataq; miracula, q; in ep̄patu cū multa (ut inquit Hieronymus) ecclesiarū gloria ppetrauit. Nec parcer, ppter eloquentiā Cypriano quis beatissimo martyri, cuius suauissimū dicēdi genus Aurelius Prudētius his laudibus psequit. O niue candidius linguæ genus, o nouum saporem, O liquor Ambrosius, cor mitigat, imbuit palatum, Sedem animæ penetrat, mentē fouet, & pererrat artus. Sic deus interius sentitur, & inditur medullis. Vnde bonum subitum terris dederis, pater reuelas. Deeras apostolicis scriptis opulentus executor. Eligitur Iocuples facundia, quæ doceret orbem, Quæq; voluminibus Pauli famulata disputaret. Quo mage cruda hominū pcordia perpolita nossent Siue timoris opus, seu mystica, uel profunda Christi. Quid tñ hoc pdest, si nihil minus cogimur audire hanc vocē, O magna pueritas humanorū studiorū. Quia iā & Malchionē, ex rhetore florētissimo, Antiochenæ ecclesiæ p̄sbyterū pcutiūt, quippe q; insteadē vrbe rhetoricā honestissime docuerat, Et Anatoliū virū nō mō in dialectū

ca, arithmeticā, geometriā, & astronomiā mirē doctrinē,  
sed etiā in grāmatica, & rhetorica per celebē. Percutiūt  
Phileam q̄q̄ AEgyptiū vna cū elegātissimo volumē de  
martyrū laudibus cōposito. Percutiūt & explodunt La-  
ctantiū, Methodiū Cyri ēpm, Iuuēcum nobilissimi gene-  
ris Hispanū, qui q̄tuor euāgelia hexametris ysib⁹ com-  
plexus ē, Hilariū ēpm vrbis Pictauor⁹, q̄ librū hymnor⁹  
carmine cōscripsit. Damasum vrbis Romæ ēpm, q̄ mīta  
& ipse metro cōposuit, quū elegās haberet in pāgendis  
ysib⁹ ingenii teste Hieronymo. Eodē ordine habebūt  
eloquētissimū theologū Gregoriū Naçiancenū, cui⁹ grā-  
ca poemata, q̄ ferme sexagintasex numero mihi nup cō-  
parauit, Aldi Manutij typis politissime excusa. Hunc cīne  
tā eximiū theologū, & diui Hiero. (haud imparis theolo-  
gi) p̄ceptore, audebit aliq̄s porcū vocare, & eius poema-  
ta, nō sine religioso cultu suscipiēda, siliquas v̄l' extremē  
ta adpellare. O mores, o tpa. Attexamus hic diuū Am-  
broſiū Mediolani ēpm, q̄ varios hymnos vario carminis  
genere, ad honorē dei, & cultus diuini ornamentū elegā-  
ter cōscripsit. Nec p̄tereamus Augustinū, cū Orosio &  
Eutropio discipulis, q̄q̄ alter historiæ Romanæ epitomē  
fecit ab vrbe condita, vſq̄ ad tpa sua, satis elegāti ſtilo &  
orōne, alter etiam iussu Augustini a cōdito orbe, vſq̄ ad  
Honoriū Augustū, hoc ē, q̄nq̄ milliū, & sexcētor⁹. xvij  
annor⁹, uarias clades, & punitiōes p̄cōr⁹, de diuersis hi-  
storiarū scriptorib⁹, vtilif collegit aduersus pagans, qui  
futura nō q̄rentes, p̄terayō aut obliuiscētes, aut ignorā-  
tes, præsentia tñ tpa, ueluti malis (ut ipsis eiusdē Orosij

Phileas  
Laſtan.  
Methodi⁹  
ēps.  
Iuuencus.  
Hilarius.  
Damasus.

Greg. Na-  
ziāzenus

Hiero.

Ambro.  
August.  
Orosius  
Eutropi⁹.

E iii

• •

Ausonius  
poeta Gra-  
tiani Aug.  
p̄ceptor

verbis utar) extra solitū infestissima, ob hoc solitū, q̄ Christus credereb̄, & colereb̄ deus, idola aut̄ min̄ colerent̄, infamabāt. His ad numero Ausoniū Gallū poetā, q̄ & ipse circa hæc t̄p̄a floruit, vixit eīm imperatibus Valētino, & Valētiniano Augustis. Quod oēs lenones, & nebulōes euadant discipuli poetaꝝ (vt isti, de qb̄ iā diu loquimur, nīmis intēperant̄ obprobrāt) in Gratiano Augusto, cuius hic Ausonius p̄ceptor extitit, certe nō adparet, vel ipso beatissimi c̄pi Ambrosij testimonio, q̄ ad illū scribēs, his verbis vt̄. Nō mihi adfectus defuit Christianissime principū (nihil eīm habeo, quod hoc verius & gl̄iosius dicā) Quo me vertā: aut̄ quid loquar? C̄esar Valētinianus, nō dubitauit Gratianū filiū, & tāt̄ molis īperiū futurꝝ q̄nq̄ h̄eredē, poetæ erudiendū cōmittere, & isti alicui' vilissimi cerdonis filiū, poetæ cōmittēdū nō arbitrāt. Quis nō videat hos ineptæ (pene dixerā p̄posteræ) censuræ homines? Quid beato q̄q; Augustino, ideo ne etiā Licentius minus fortasse iucūdus extitit, quia poeta? Certe quāta familiaritas inter hos duos fuerit, adhuc præ se ferūt sua uissimæ q̄dam epistolæ, vltro citroq; ab his inuicem scriptæ, quæ etiānum, cū Licētij quibusdā carminibus, inter Augustini epistolas legunt̄, qui eundē istū Licētium, in sexto quoq; libro de Musica, secū inducit familiarissime disputantē, Libet hic interrogare istos vitupatores poetarū, vtrū nihil eos pudeat quū sic perfricta penitus fronte, inuadunt famā, & mores eorū, quos vidēt apte maximis vtriusq; hoc ē, secularis & eccl̄iaisticæ potestatis principibus placuisse. Sed valeāt, habeāt iudicia illisua, quan

Pr̄poste-  
ræ cēsuræ  
homines  
Licentius  
poeta.

Vtrū nihil  
pudeat vi-  
tuperato-  
res poetar-  
um

doquidē ab eis nullius (vt videmus) nec auctoritate, nec ratione, deduci possunt, vt canis a corio nunq̄ absterrebitur vnc̄to. A ge iā Prudētiū poetā (cuius hymnos eccl̄ia canit) puerum ne quispiā dicet aut vanū? At puerū istū poetā, tanti fecit Impator Honorius, ut illi prouinciar̄ & vrbiū gubernacula crediderit, quod his ipse Prudentius de se verbis testatur.

Bis legum moderamine

Frenos nobiliū reximus vrbiū.

Ius ciuile bonis reddidimus, terruumus reos.

Tandem militiæ gradū

Euectum, pietas principis extulit,

Adsumptum proprius stare iubens ordine proximo.

Quid Sedulius, cū q̄tuor illis diuīor̄ mirabiliū libris, e q̄  
bus illud in ītroitu officij de b̄tissima dei genitrice canit. Sedulius  
poeta.

Salve sācta parēs, etiā ne turpis leno, siliqs porcor̄ demo-  
nia pauit? At lōge diuersū sensit, q̄ in Canonē illū, sancta

Romana eccl̄ia, hēc ȳba adscripsit Venerabil' viri Sedulij

In paschale op̄, qd heroicis ȳsib̄ descriptsit i signi laude p-  
ferim̄. Quid Prosp̄ Agtanic⁹: quid Ioānes Damascen⁹:

qd sanctus papa Gelasius, cōpluriū hymnor̄ eccl̄iaſtico  
rū opifex: qd Bœotius: nec ipse a poetis nūeris abhor-  
rēs, qd qnq̄ eius cōsolatiōis philosophicæ libri adfati de-

clarat, Nec adiuuerint aduersarios q̄cqb̄, sc̄mecæ ille me-  
retriculæ. Quod q̄ sensu sit dictū non mediussidius intel-

ligunt, si eo studiū potius, q̄ abusum studij huius credūt  
suggillari. Quid Arator Romanæ eccl̄iæ subdiacon⁹ cardि

nalis, cui⁹ duo actuū apliſcor̄ libri, doctissimo q̄q̄ vrgēt

E iiiij

Prudētius  
poeta.

Prosp̄ ag.  
Ioā. Dam̄.  
PapaGela-  
sius

Bœotius

**Epilogus.**

**Nicolaus  
quintus**

**Nicolai li-  
beralitas i  
hūanitatis  
p̄fessores.**

**Egregia  
vox sūmi  
pontificis**

rogante, & Vigilio summo p̄tifice iubēte, Romæ in ba-  
silica diui Petri ad vincula, maximo cōcursu & attētione  
ppli, q̄ter publice recitati sunt? Spero subuerebunt hos  
oēis dānare vanitatis. Sed siue hoc illi fuerit ausi, siue nō,  
nos quū tot graueis viros, tot venerabileis p̄sbyteros,  
tot insigneis theologos, tot reuerēdos, & deo amabileis  
ep̄os, tot vrbis Romæ pontifices maxios, hūaniōres l̄ras  
nequaq̄ aspnatos, pferre possimus, cur dubitem⁹ cōstan-  
ter tueri, & excolere hæc studia, & illor̄ iperitiā miserari  
magis, q̄ insectari, q̄ ea vanitat̄, falsitatisq̄ titulo (imerto  
sane, nulloq̄ satis idoneo exēplo), pphanat̄. Hor̄ ne iudi-  
cio plus, an Nicolao quinto p̄tifici maxio deferemus?  
Rogamus æquo aīo tādē patian̄ sibi pferri a nobis Nico-  
laū, q̄ se p̄tifice tñ his studijs detulit, ut Georgio Trape-  
zūtio, Laurētio Vallæ, Petro Candido Decēbri, Geor-  
gio Castellano, Nicolao Perotto, q̄ opa ad cōuertēdos  
in latinū græcos auctores vtebat̄, pene nihil qđ vellēt nō  
cōcederet, Romano etiā cui dā noīe Horatio, pp̄f Home-  
ri aliqt libros, ab eo latinos factos, scribæ aplīci officiū vi-  
tro cōdonaret, mitteret & viros l̄ratos p oēm Europam,  
quor̄ industria libri cōquirerētur, qui maiorū negligē-  
tia, & barbarorū rapinis iam perierāt, itatum inuentus ē  
Quintilianus, Aſconius, Celius Ap̄tius, Porphyrio in-  
terpres Horatij, Silius Italicus, & pleraq̄ alia, de quibus  
cōclamatum iam videbañr, recuperata, Idem ille egre-  
gius pontifex, quum aliquando ei renunciatum fuisset  
quosdam esse Romæ, qui bonos versus facerent, nega-  
uit bonos esse, dicens. qui uad me non veniunt, si boni

sūt, qui poetis etiā malis pateo." Moleste tulit sapiēs pri  
ceps, in vrbe sua esse, qui līras humanitatis scirēt, & nesci  
rent, En'hoīes, qui studia bona, tātō pōtificis, īmo tot &  
tantorē pōtificū pīudicījs adprobata, p turpibus, peruer  
sisc̄ studijs, de pulūino eīstri (uelut vñici theatri līrarij re  
ctores) exturbēt, ut illic sedeāt soli, qui Gratijs sūt & mu  
sis infesti. Sed redeamus ad Nicolaū, qui hoc suæ libera  
litatis pīclaro instituto, adeo excitauit, accēditq; īgenia, ut  
teste Pio secūdo, vix aliud æuū inuenire possis, q magis  
hūanitatis, & eloquētiæ, cæterarūq; bonaꝝ artiū studia,  
q; suo hoc tēpore floruerit. Sed qm̄ iā aliqñ ad fœlix Pi  
nomē puenimius, de illo q; aliq; sunt dicēda nobis, Certe  
Piū secundū (q ante pōtificatū Aeneas Syluius ē dictus)  
cōstat poetis & oratoribus audiēdis, pter quos aliā (exce  
pto iuris ciuilis studio, qd quū vix gustasset, mox defere  
re coactus ē) pene nullā facultatē attigit, eo eruditissis, &  
cōsilijs puenisse, ut primū per hæc amplissimoviro Dñico  
Capranico, deinde Bartholomæo Nouariēsi eþo, ac pau  
lopst Nicolao sanctæ Crucis cardinali cōciliatus fuerit,  
Et in Synodo Basiliēsi, duodecimūr lect° sit, q mḡatus  
intāto cōuētu cēsorius habebat. Nihil em̄ publice p quē  
q agi poterat, nisi hor̄ grauissima auctoritas īteruenisset.  
Etsi qui admissi ad consultādū de rebus cōciliaribus, mi  
nime idonei habiti sunt, hor̄ iussu senatu mouebātur. In  
hoc cōcilio etiā p̄sæpe orauit, & ius causa legationes cō  
plureis obiuit, Deinde in eodē Basiliēsi cōuentu, ab Fe  
lice pontifice designato ad Fridericū Imp.orator missus  
est, a q corona poetica donatus, & in cōciliariū receptus,

Pius scđ's

Aeneas  
syl. duode  
ciuir i cōsi  
lio Basiliē.

Aeneas  
corona po  
etica dona  
tus a Fride  
rico impa.

• •

**Aeneas a  
Calisto in  
nūerū car-  
di. relatus.  
Idē in mor-  
tuī Cali.lo  
cū pōtifex  
declaratus  
Nota.**

**Nō oīmis  
eīps, eīpus,  
nec oīs re-  
ligiosus ha-  
bitu, reli-  
giosus.**

ad Eugeniū de abolendo inter iīpm, & Imp. scismate, ora-  
tor iterū, ac tertio mittit. Quo mortuo, dū alius pōtifex  
in locū, patrū suffragijs q̄rit, Aeneas interim cōclauī pre-  
fuit, neq; ullus in vrbe tū alius, eque dignus hoc munere  
inuētus est. Creato autē pōtifice Nicolao, ad Imperatorem in  
Germaniā rediens Aeneas, Tergestinus cīps, etiā insci-  
us, a pōtifice & Imp. cōstituit, qui q̄; sāpe eo vīsū sit ora-  
tore in maxime arduis rebus, vt ad Mediolanēses, ad Al-  
phonsum Aragoniæ regē, ad Bohēmos, ad conuentus  
Germanorū principū, ad Calistū pōtificē( a q̄ & in nume-  
rum cardinaliū relatus ē) longū esset psequi, Mortuo ue-  
ro Calisto, patrum oīm suffragijs, summus pontifex de-  
clarat, nūsc̄( quod sciam) doctor iuris, aut mḡ noster( ut  
aiunt) antea promotus, sed poetica dūtaxat laurea( ut su-  
pra diximus) ab Imp. insignitus. Quare facessant q̄so illi,  
qui meo iudicio certe nō insipiētes, sed tñ suo fortasse ni-  
mium sapiētes, indoctae iuuētuti, & imperitæ plēbeculæ  
passim nitunt p̄suadere, humanitatis hisce artibus erudi-  
tos, neq; ad sapientiā fore, neq; virtutem idoneos, Certe  
quid ipediat poetā sanctū virū esse q̄nq;, & ediuerso poe-  
tarū vituperatorē hoīem nihili esse, nō video equidem.  
Nec sunt oīs statim religiosi, qui habitu & frōte religio-  
nē präferūt. Inter choros sanctorū q̄nq; scorpiones latēt,  
inquit Hieronymus, Idem ad Heliodorū, nō oīeis epis-  
uersis floribus solēt mella componere, & fauorę cellulis  
coaptare, fructus illorę (qd̄ constat interdū fecisse apl'm)  
passim libare. Et si qd̄ ē in eisdē siue aurū sapiētiæ, siue ar-  
gentū eloquētiæ, decerpe, & ad cultū pietatis, religiōisq;  
cōuertere. Sed licet nō mō nobilissimi (ut iā ostēdimus)  
philosophi, uerę etiā receptiss. mi doctores eccl̄iaſtici, ho-  
nesta, & vtilia fateant̄ hæc studia, q̄ tñ hoc fieri dicā, q̄ ne-  
scio q̄ iudices Catonianī, quū artē gulosius condiendi ci-  
bos, & luxuriosius struēdi fercula, oēs fere nō adspēnē-  
tur, tantope poetā vel oratorē dēdignen̄t. Si qd̄ illi ois-  
recti iudicij inopia sic labunt̄, ut coquū (vilissimū fātiquis  
mancipiū) honestiorē habeant, q̄ rhetorē, seu poetā, ve-  
nia stolidis debet. Cæterū quisq; ita malus ē, vt itelligat  
bona, nec tamē laudet, hunc (ut elegāter Sidonius inqt)  
& boni quoq; intelligunt, nec tamen laudant, Potentius  
esse carmen, proſa oratione ostēdimus, nūc idem venera-  
bilius esse, q̄ sit eadem proſa oratio, saltem p̄babiliter age  
si possumus ostēdamus, pro quo ſeculariū hominū testi-  
monijs (quia pro ſiliquis porcorū ea omnia caſura uideo)  
non utar, sed utcunq; possum ſacrорū auctorū probatio-  
nibus hanc fulciā p̄positionē ſolummodo. Si itaq; quoti-  
escunq; vel propter euidentius aliquod diuinæ potentiae  
opus, gratias agere, vel ad eiusdē auertēdam indignatio-  
nem, ipsius misericordiū impēsius promereri, vel quāpī  
am altiora cœleſtiū ſecretorū mysteria describere, olim  
sancti illi hebræorę ſiue duces, ſcie p̄phetæ, ſiue ſacerdo-  
tes vellent, ad id carmen elegiſſe ipſos potius, q̄ ſolutum

dicendi genus p̄bauerō, eam mihi p̄belle apud oīneis cō  
staturam spero. Sed age, nonne inauditum ante miraculū  
fuit, trāsitus ille Israelitici populi per mare rubrū, & ma-  
ioris aliquāto myst̄rij signum etiā, quo Israel oīnis salua-  
tus est, Pharao autē persecutor deletus est: pro tātos alu-  
tis impensæ beneficio. Moses deo gratias, nō soluta ora-  
tione, sed hymno hexametris versibus cōposito dixit, te-  
ste Iosepho, qui in secūdo antiquitatū iudaicar̄e libro ita  
scribit. Et illi quidē periculum ita effugientes, insuper &  
inimicos punitos sic esse respiciētes, ut nulli vñq; priorū  
hominū poterant reminisci, hymnū tota nocte dixerunt,  
Moses autē cāticum indeum, & laudē, gratiarūq; actio-  
nem ppitiationis eius, hexametro composuit. Iam Hie-  
remias p̄pheta, quū reliqua vaticinia sua cuncta sermo-  
ne esset complexus, in trenis, id ē, lamētationibus, vbi, p  
pter populi peccata, iram dei iuste motā mitigare, & ad  
misericordiā prouocare summope ardet, si carminevsum  
antipoetaꝝ quispiā negauerit, Hieronymus ipse adfirma-  
uerit, in hæc verba sup̄ eiusdem Hieremiæ trenos, ad fra-  
trem Eusebium scribens, Habes in lamētationibus Hie-  
remiæ quatuor alphabeta, e quibus duo prima, quas isap-  
phico metro scripta sunt, quia treis versiculos, qui sibi cō-  
nexi sunt, & ab una tantum litera incipiunt, heroici com-  
ma concludit. Tertium vero alphabetum trimetro scri-  
ptum est, & a ternis literis, sed ei deinde terni versus inci-  
piunt. Quartum alphabetū simile primo & secūdo. Pro-  
uerbia qđ Salomonis extremū concludit alphabetū, qđ  
tetrametro iābico supputat, ab eo loco, ubi ait. Mulierē

Mosis cāti  
cū p̄grarū  
actiōe ȳsi-  
bus hexa-  
metris cō-  
positum

Hieremiæ  
treni

Hiero.

BBB

**Librū Job** fortē quis inueniet? Ad librū Job trāseamus, qui (ut ingt  
carmie scri  
ptum.) q̄ si q̄dā fluuius ē, plan⁹ & alt⁹, in q̄ & agnus  
ambulet, & elephas natet, q̄ nulla pene mysteria suo ser-  
mone nō continet, a principio voluminis huiusvsc̄ ad uer-  
ba Job, apud hebræos, psa oīo est. Porro a ȳbis, in q̄bus  
ait, pereat dies in qua nat⁹ sum, & nox in qua dictū est cō-  
ceptus ē hō, vsc̄ ad eū locū, vbi ante finē voluminis scri-  
ptū ē. Iccirco meipm reprehēdo, & ago pœnitētiā in fauilla  
& cinere, hexametri ȳsus sunt, dactylo, spōdeoq̄ currē-  
tes, & ppter lingue idiomā, crebro recipiētes & alios pe-  
des, nō earundē syllabas, sed corūdē tēporas. hæc Hiero-  
noster. Idē in ep̄la ad Paulinū. Job exēplar patiētiæ, q̄ nō  
mysteria suo sermone cōpletest. psa incipit, ȳsu labit, pe-  
destri sermone finit. Præter hæc quū tres sint libelli Salo-  
monis, iuxta treis ḡnaleis disciplinas, q̄bus ad rerū sciētiā  
puenit, primus puerior, in q̄ moralē tradit, & docet lo-  
cū, succintis, breuibusq̄ sentētijs vitæ istituta cōponēs.  
Secūdus Eccliaastes, q̄ naturalē comp̄hēdit, i q̄ de reb⁹ na-  
turalibus multa differēs, inania ac vana, ab utilibus, neces-  
sarijsq̄ secernēs, relinquēdā vanitatē monet, & utilia, re-  
ctaç̄ sectāda psuadet. Terti⁹ cāticū cāticoꝝ, q̄ cūcta hæc  
visibilia sup̄grediēs, diuina, & cœlestia contemplatur, qđ  
quū utiq̄ sit pfectorū & lōge eminētius. Si igit̄ in hoc so-  
lo, cuius solidior & pfectior disciplina Salomon carmie  
nō temere usus fuerit pbatus, nonne constabit sacros au-  
ctores, non mō carmē non iprobasse, verū etiā sanctiori-  
bus, sublimioribusq̄ oīi mysterijs illud ( quasi psa oīone  
venerabilius ) accommodasse? Sed istud Hieronymo q̄ç

Hiero. ad  
Paulinum

Tres libri  
Salomōis.

Cāticū cā-  
ticatorū in q̄  
ope, quā i  
duob⁹ prio-  
rib⁹ maiora  
cōtinēt cō  
stare ȳsib⁹

te ste facile obtinuerim⁹. Quis em⁹ audeat mihi talē testē eleuare, nedū reijsere: Ad Paulinū itaq; scribēs, sic ait Sa-  
lomō pacificus, & amabilis dñi, mores corrigit, naturam  
docet, eccliam iūg⁹ & Ch̄m, sanctarūq; nuptiarū dulce  
canit Epithalamion. Præterea Origenes, hoc cāticū, nu-  
ptiale carmē vocat, ī modū dramatis, a Salomone cōposi-  
tū dicēs. Sūt autē stili ḡna tria apud poetas, Δραματικόν dra-  
maticū, ἔκθετικόν exēgeticū, & Ριμήτον mixtū, sine cōe Exe-  
geticon, uel ēnarratiū ē, in q̄ poeta ipse loquīt̄, sine p̄so-  
nā vlliū int̄locutione, ut se h̄nt tres georgicæ, & prima  
p̄s quarti. Itē Lucretiana carmina, & cætera his siliia. Mi-  
xtū siue cōe, in q̄ poeta ipse loq̄t̄, & p̄sonæ loquētes ītro-  
ducunt̄, ut ē scripta Ilias vel Odyssaea Homeri. Dramati-  
con, uel actiuū ē, in q̄ p̄sonæ agūt solæ, sine ulla poetæ in-  
terlocutiōe, ut se h̄nt tragicæ, uel comicæ fabulæ, ad cu-  
ius ḡnis exēplū, hic sermo spōsæ, mō ad spōsum dirigit̄,  
mō ad ipsas adulescētulas sponsæ, & rursus mō ad spōsā,  
mō etiā ad amicos spōsi p̄fert̄. Hoc Cāticī cāticor̄ drama  
illis ȳbis significari puto, q̄bus dicit̄. Ante thronū huius  
ȳgīs, frequētate nobis dulcia cātica dramat̄, Vbi abhor-  
rētes a musis, hoc ē, male literati sacerdotes & monachi,  
dragmatis legūt̄, qđ certe nūsc̄ cāticī, sed nūmi, aut pon-  
deris gen⁹ esse passim inuenīt̄. Si adhuc tñ hæret h̄c res,  
vtrū carmē sit cāticū cāticor̄, audiamus iterū Hiero. in li-  
brū Job ita p̄fant̄. Si cui videt̄ incredulū, metra. s. eē apd⁹  
Hebræos, & ī morē nñ Flacci, Græcicq; Pindari, & Alcei,  
& Sappho, uel psalteriū, uel lamētatiōes Hieremiæ, vel  
q̄ia ferme scripturæ cātica comp̄hēdi, legat Philonē, Io-

L

Origenes

Stili poeti  
cī ḡna tria.

Drama

Dragma  
lōge q̄b dra-  
ma aliđ' eē

David &  
quatuor prin-  
cipes ex oī  
hebraeorū  
poplo ele-  
cti

sephū, Origenē, C̄esariensem Eusebiū, & eorum testimoniō, me verē dicere cōprobabit. Ergo & David ipse, & electi ex om̄i poplo dei, quatuor illi principes sp̄us sancto mūdati, q̄r̄ noīa sunt, Asaph, Eman, Ethan, & Idithū, qui es psalmū canerēt, sancto sp̄u ita moderāte, atq̄ regente, nō p̄sam orōnem, sed modulatū carmē p̄nūciauerūt. Et audet alijs interminari nobis, ne addiscamus scribere carmen, q̄ tam manifeste liquet instinctu dei, usos esse fere plāerosq; omneis etiam sacri canonis scriptores:

**P**ræiudicia nationū, atq̄ Italix, & imprimis Romæ, pro studijs humanitatis.

**TOMVS OCTAVVS, ET VLTIMVS**



Vnc ad exēpla trāseamus, & ostēdam⁹, om̄i p̄stantiorū nationū, illustriorūq; Academiarū moribus, & iſtitutis, recepta fuisse sp̄ hæc studia humanitatis, neq; sine notabili id ingeniorū, pſectu, q̄ literis his primū informata, magnū certe aliquod adminiculū naclia sūt, ad alias postea maiores facultates (quas vocāt) capessendas, præ illis miserandis, imo enim uero infœliciter natis adulescētib⁹, q̄bus nullas meliores literas, q̄b⁹ Alexandri doctrinale, & in illud ipsum, nescio cuius insulſioris adhuc, q̄b⁹ est ipſe Alexāder, glossam notabilē (quā rectius multo, cacabilē quis dixerit) uidere, siue discere aliquā contigit. Et his fōrdibus solis (fōrdibus potius reuera, q̄b⁹ literis) in secreta philosophiæ penetralia, aut legū pplexiores ſinūs, aut sanctiora etiā rerū diuinarum oracula, ut posito pudore nūc fere euénit, ir-

Glossa ca/  
cabilis

rum pere importune magis, q̄ ingenue admitti. Quæ, & qualia s̄epe dedecora inde pueniant, dicere nihil attinet, quoniā vulgo nota sunt. Plus etiā, q̄ bellū est (nā nō valde priscū, nec vetus factū est, sed adhuc nuperū & pene recēs) q̄ post susceptū liberaliū artiū magisteriū, quidam Canonicus (nomē loci de industria sub primo) a collegis suis, ob crassissimā ignorātiā rerum oīm, q̄ nec legere quicq̄ recte sciret, nec canere, coactus ē, aut oīno sacerdotij sui fructibus carere, aut Dauētriam redire in ludū puerū, ad p̄discenda, vel sic post magisteriū, grāmaticæ rūdimenta, sub ferulis, & sceptris pedagogor̄. Hic si diligenter humanitatis literas, sub aliquo idoneo p̄ceptore didicisset iterim, si nō euasisset robustus disputator in Petri hispani logica, extitisset tñ minus rudis forte locutor in grāmatica, quæ ip̄m certe sola (etiā sine dialectica) potis fuisset a tāto dedecore ignominiæ vindicare, Scim⁹ ad huc cōplusculas simileis narratīculas, quibus dilatis in aliud tempus magis opportunū, nunc iter institutū teneamus, ostēdentes omneis præstantissimas nationes hęc humanitatis studia excoluisse semper. Et vt quæq; earū cæteris nobilior, atq; præstantior habita sit, ita eam magis etiam, & impensius suspexisse ista olim, atq; expetisse. Quæ igitur gens doctrinarum studijs vnq̄ Gr̄acos superauit: in Gr̄ecis vero, qui vnq̄ Atheniensibus sapiētiæ fama præstiterunt: Ob hanc nimis adeo celebres, ut inde frumentum, iura, leges, omnesq; bonæ artes ortæ, & in omneis passim terras d̄tributæ credantur. Hi ipsi tam prudētes, tam consulti sapientiæ Athenienses, nonne &

Lege hāc historiolā;  
de qdā ma  
gistro arti  
um.

Iocat̄ in lo  
gicā Petri  
hispani.

Laus gre  
corum &  
Atheniēsi  
um.

L 9

Tota Asia  
illustre no  
mēorator  
Initiū Co  
moediæ p  
fectum ab  
Atheniēsi  
bus  
Virgilius.

primi fere oīm (& maxie) effloruerūt his studijs: In q̄ tā  
dē vrbe prius suscep̄tus etiā pfectus ē orator, quā Athē  
nis, aut q̄r̄ dictio magis laudata ē, quā Atticor̄: Hinc at  
tice dicere. M. Tul. tradit, esse ornate, adposite, elegāt in  
vnoq̄ dicēdi gñe pbato differere. Hui⁹ prudētissimæ ci  
uitatis iudiciū, nō solū Græcia tota, sed etiā plurimi extra  
græciā, pp̄lī secuti, maximos & ipsi honores huic studio  
eloquētiæ habere cœperūt. Nā ante q̄ delectata ē Athē  
niēsiū ciuitas hac laude dicēdi, nemo aut Argiuū oratorē  
aut Corinthiū, aut Thebanū fuisse dicit, quia nō erat cōe  
Græciæ hoc studiū, sed ppriū Athenar̄, E q̄ vrbe, ut se  
mel euecta ē eloquētia, oēis deinde pgrauit insulas, lon  
giusq̄ pegrinata, magna dicēdi studia vbiq̄ iniecit hoib⁹,  
& tota Asia illustre reddidit nomē oratoris. Nec alia etiā  
ciuitas, quā Atheniēsis hæc, poeticā facultatē inuexit &  
extulit. Quæ em̄ alia quā Attica dedit initiū Comœdiae,  
& tragœdiae: nā tragœdiā i honorē Liberi, primū excogi  
tasse Atticos, Donatus, Seruius, Diomedes testant. ip̄e  
etiam Virgi. secundo Georgicorum dicens.

Non aliam ob culpam, Baccho caper omnibus aris  
Cæditur, & veteres īneunt proscænia ludi  
Præmiaq̄ ingenteis pagos, & compita circum  
Thesidæ posuere. Idem, & Comœdiæ primi auctores  
fuerunt, quod (ut ait Varro & repetit Diome.) iuuētus  
attica circū vicos tre solita fuit, & q̄stus sui causa, hoc ge  
nus carmīs pñuciabat, vñ etiā nomē retinuit a vicis, siue  
cōuenticulis rusticor̄, κῶμαι enī pagi. i. cōuenticula rusti  
cor̄ græcis dicunt̄. Nec mō hæc poemata primū cœpta

sunt in Attica, sed pfecta etiam. Nam vetus illa Comœdia fecundissimæ libertatis, & in insectâdis vitijs pcipua, deinde quæ successit illi noua Comœdia, mitigata veteri, minus qdēm amaritudinis q̄ illa, tantundē tñ vtilitatis atq̄ operę spectatoribus adferēs. Et cū his tragœdia, uerbis, sentētis, adfectibus, ornata, sublimis, grandiloqua, Athenis maxime effluerunt, & ad sūmū absoluti opis fastigiū puenerūt. Epos etiam, nullis magis debere vide mur, q̄ Atheniēsibus, ipm Homerū suū sibi ciuē adserēti bus, Iā bucolici generis origo Laconib⁹ refert⁹. Si addas his reliq̄ genera eiusdē artis, elegiaca, lyrīca, epigramma ta, a nullis fere prius hæc oīnia, aut melius, q̄ a Græcis factitata cōstabit. Historiā q̄q̄ (opus ad m̄ta vtile) Græcia maxime illustrauit. Si pterea nūc oīneis insulas, Græcię, Asīxę adiacēteis excutere vellemus, ut Rhodū, Cretā, Lesbū, AĒgyptū, & maxie Alexādrinos, apud q̄s q̄ntū honorata fuerint hæc studia, etiā a regibus, vni⁹ Zoili exitus satis pbauerit, ut pterea Musæū, & inclyta illa Ptolemaeorę bibliotheca, multiplicata & aucta (si Attic⁹ Gelij noctib⁹ credimus) ad millia ferme voluminū septingēta. Si pterea Thraciā, q̄ nec ipa (etsi barbara terra dicit) caruit hac laude, qd̄ pter Orpheo antiquissimū poetā, nō parē m̄ta adhuc alia ei⁹ gētis instituta abūde oñderint, ut loca illa in qbus cultæ dicunt̄ muse, Pieria, Olymp⁹, Pimpla, Libethrū, quōdā fuerūt hæc Ida, & mōtes Thraciæ, nūc Macedones possidēt, quiq̄ musis Helicona cōseclarunt Thraces fuere, accolæ Bœotiae, ut & hi, q̄ Libetriadum nympharę antrū cōseclarūt, q̄q̄ priscæ Musæ curā, studiū

L ij

Comœ  
dię veteris  
libertas

Homerus  
Atheniēs.

Historiam  
maxie grę  
cia illustra  
uit

De studi  
is Thracie,  
& Orpheo.

De Syris  
& hebræis

Initiū Bu-  
colicorū a  
Sicul'natū  
Prīos iuē-  
tores rhe-  
toricæ sicu-  
los fuisse

Preiudicia  
Africæ &  
Carthagis

Iuuinalis.

q̄ excitarūt Thraces fuisse etiam ipsi phibētur, ut Epho-  
rus, & quē mō noīauimus Orpheus, Musæus, Thamy-  
ras, Eumolpus. Quid nūc attinet attingere Syriā, harum  
amœnitatū studiosissimā: De Hebræis, qđ hæc studia re-  
pulere ne illi qđē, qm̄ hoc nobis ex superioribus tomis (ut  
speramus) satis cōstitit, ab Asia & Græcis, age iā ad Afri-  
cā deflectamus. Sed obiter prius de Sicilia paucis, q̄ bu-  
colici carminis reptrix fuit, licet Laconū esse inuētū, aliq̄  
pdiderint. Certe in hoc gñe Theocritū siculū, fuisse prīci-  
pē, nō dubiū ē, Sed & primi inuētores rhetoricę, siculi fui-  
sse, Corax & Ctesia, phibent, q̄r̄ i primo de oratore, &  
in claris oratoribus, meminit Cicero his v̄bis. Pacis ē co-  
mes, ocijq̄ socia, etiā bñ cōstitutæ ciuitatis, q̄si alūna qdā  
eloquētia. Itaq̄ ait Aristoteles, quū sublatis in Sicilia ty-  
rānis, res priuatæ lōgo interuallo iudicijs repeterent. Tū  
primū, q̄ esset acuta illa gens, & controuersa natura, artē  
pcepta siculos Coracē, & Ctesian conscripsisse. vñ appa-  
ret, & a Sicilia q̄q̄ nos pjudicijs eius adiuuari sane pspe-  
ris, At bñ speremus, nō tristiorib⁹ (pmitto equidē) nos  
subleuabit Africa, in qua primū de ipsa Carthagine L.  
Apuleiū testē pducamus, illā ipsam ad hunc modū lau-  
dantē. Quæ aut̄ maior laus, aut certior, q̄ Carthagini be-  
nedicere, vbi tota ciuitas eruditissimi estis, penes q̄s oēm  
disciplinam, pueri discūt, iuuenes ostendūt, senes docēt:  
Carthago prouintiæ nostre magistra venerabilis, Cartha-  
go Africæ musa cœlestis, Carthago camena togatorum,  
hæc quidē ille de Carthagine. Porro Iuuinalis ip̄am pro-  
uintiam eloquentiæ pstudiosam significat, vel testaſ poti-

us, illam causidicorum nutriculam adpellās. Quod cur eī  
faceret, si nulla eloquentiæ stipendia fuissent in Africæ.  
Quintilianus etiā Iuliū Africanū, & Domitiū Afrū Ro-  
mæ duos suos p̄spicuitissimos oratores fuisse dicit, quo-  
rū alterū s. Domitiū etiā fori principē, & oīm, quos sibi  
cognoscere cōtigerit, summū oratorē adpellare nō dubi-  
tat, eūq; a se adulescētulo cultū, & adsectatū p̄fiteſ. Iā in  
Europā me cōuersim, excipit primū Hispania, q̄ an nul-  
lū habuerit his l̄ris hūanitat̄ honorē, postq; eas semel gu-  
stare sub pace Romana cōepat, ex mltis eruditissimis po-  
etis, oratorib⁹, historicis, phis, hispanis itelligi p̄t, duob⁹  
nēpe Senecis, vnico Lucano, Martiale, L. Floro, & ma-  
ximo rhetore Fabio Quintiliano, pluribusq; alijs p̄terea,  
nec par notis, q̄s p̄tereo ad Gallias festinās, ī qb̄nō gym-  
nasia tñ, sed etiā certamina orator̄ celebrata legimus, nē  
pe Lugduni, Catum principē, certamē Græcæ, Latinæ  
q̄ facundiæ instituisse refert Trāquillus, M. quoq; Cato  
libro originū secundo. Gallia duas res (inquit) industro-  
sissime p̄sequitur, rē militarem, & argute loqui. Diuus  
item Hieronymus, in opere cōtra Vigilantium, eadē sen-  
su repetens. Sola Gallia (inquit) monstra non tulit, sed ui-  
ris semp̄ fortibus, & eloquētissimis abundauit, meminit  
& Satyricus facundiæ gallicanæ dicēs. Gallia causidicos  
docuit facunda Britānos. Quo admonemur etiā a Britā-  
nis (tot retro seculis) receptas fuisse humanitatis, & elo-  
quentiæ disciplinas. Sed iam aliquā quid p̄iudicarit de his  
studijis Italia nobis videam⁹. Italia inquā illa frār̄ oīm alū-  
na (ut inquit Plinius) & vna cunctarū gentiū in toto or-

De p̄iudi-  
cijs hispāiq;

P̄iudicia  
galliae

Cato

Hiero.

Satyricus.

P̄iudicia  
Italiæ.

L iiii

Laus Ro-  
mæ & ei⁹ p  
iudicia

ædes Her-  
cul' & mu-  
sar⁹ Romę  
in circo fla-  
minio.

De Accij  
poetæ con-  
tra Cæsarē  
fiducia.

be patria. Imprimis tamen Roma, quæ armis, & consilio  
nō leges solū, sed ipsam quoq; humanitatē orbi dedit, tot  
barbaros ritus molliuit, tot ppl'or⁹ discordeis, ferasq; litu-  
guas, latini sermōis cōmercio ad colloq; a cōtraxit, & sub  
vno sui noīs īperio, cūcta alia sparsim fusa cōgregauit īpe-  
ria, vt iā illo īterim nō vtamur, qd Numa rex Romanus  
Iucū quēdā añ vrbē, & fōtē musis cōsecrauit, qd a Salījs  
sacerdotib⁹, carmē Marti, certis dieb⁹, q̄tānis, solēni p vrbē  
tripudio cātabat, qdç ad reliq; oēis ceremonias, sacro  
rūq; pcatiōes fere, v̄sib⁹ vterenf Romanī, siue tēplū dedi-  
caret pōtifex, siue lustrū cōderet cēsor, siue triūphū agi-  
taret īperator, nec qd Fuluiiis nobilior edem Herculis &  
Musarū, in circo flaminio, ex pecunia cēsoria fecit, Idēç  
primus, nouē signa, hoc ē, oīm camenarū ex A mbraciēsi  
oppido trāflata, sub tutela fortissimi herois consecrauit,  
qd mutuis opib⁹, & p̄mījs iuuari, ornariç; deberēt, Musarū  
q̄es defensiōe Herculis, & v̄t⁹ Herculis voce musarū,  
Nec itē eo, qd prior Africanus Q. Ennij statuam suo se-  
pulchro īponi iussit, clarūç; illud nomen, īmo v̄o spoliū,  
ex tertia orbis pte raptū, in sup̄mo cinere cū poetæ titulo  
legi uoluit. Prēt hēc, q̄ alienigena gēs, q̄ ciuitas, tantū ho-  
norem, tantaç; præmia harum artium professoribus alias  
proposuit, quanta hæc ipsa vrbis Romana. In qua etiam  
tātū fiduciæ sibi sup̄sisse q̄sdā eorū cōstat, ut aliqñ ipsi Cæ-  
sari in collegiū poetar⁹ veniēti, ne ab his qdē adsurgeref,  
nō aliq̄ tñ insolētiæ criminē, sed studior⁹ tñ cōtemplatio-  
ne, quorū ibi respectus habebat, nō imaginum aut poten-  
tiæ. Vbi & diuus Augustus, carmina Virgilij cremari

cōtratestamēti eius verecūdiā vetuit, q̄ etiā maius ita, īp̄i  
vati testimoñū contigit, quā si ipse sua carmīa p̄bauisset.  
Forte piculū ē, ne hic Virgilius Maro, nullā imunitatem  
sub Augusto meruerit, q̄n quidē illud q̄q̄ etiā audio(ve-  
lū, p̄brū) obiectari poetis ex sacris cōstitutionib⁹. Poetæ  
nullā imunitat⁹ p̄rogatiua gaudeāt, Per hoc sane nihil de-  
trahit de honore poetar̄, qd̄ eis (si dījs placet) ciuiliū mūe-  
rū imunitas nō dat, utpote q̄ nulli dat, nisi aut ætatis, aut  
valetudinis, aut alior̄ munerū excusatōe liberet. Ita atu-  
tela, uel cura, nō excusat̄, nisi qui uel annos excessit septu-  
aginta, vel aduersa valetudine laboret, & tātā, q̄ ipedimē-  
to sit, q̄ minus quis suis rebus supesse possit, vel militet,  
vel alias reipub. causa absit, v'l'tribus tutelis, siue curis ad  
huc manētib⁹, iā sit oneratus. Quibus yō nulla talis legi-  
timia excusatio patrocinať, imunitas hmōi ciuiliū muner̄  
nō magis his ipsis, quā poetis p̄stat̄, ne si doctores quidē  
iuris illi fuerit. Nec̄ debet indigna res videri hæc, si poe-  
ta imunitate earū rerū nō gaudeat, q̄ p̄sertim oībus hone-  
stæ sunt, maxie si nō tā corporis habeat vexationē, quā pe-  
cuniæ erogationē indicti muneris admīstratio. Vñ ea mu-  
nera, q̄ sūptibus expediunt̄, nullis ac ne philosophis qdē  
remittunt̄, qd̄ (vt Papinianus ait) vere philosophat̄ eis pe-  
cuniā se contēnere, vel iprimis p̄fiteri conueniat. Quare  
qd̄ poetę, nulla imunitate gaudeat, de imunitate honesto-  
rū, munerū, nō sordidor̄ & corp. nū intelligi debere, haud  
dubiū fuerit. Sed ne loqm̄ur de poetis solū, ad oīa eloqñ-  
tæ studia, siue illa adstric̄ia verbis, ut poetar̄, siue soluta  
numeris, ut orator̄ & historicor̄, q̄ nō ē oīc R̄omana-

De p̄roga-  
tiua mune-  
rū ciuiliū  
poetis ne/  
gata.

Maxima p  
mia pposi  
ta oratori  
bus Romæ

Bibliothe  
cæ, græcæ,  
& latiæ pu  
blicatæ Ro  
mæ.

rum rerū imperitus, facile cōfitebitur, hoc omniū genti  
um imperio cōstituto, & ocio diuturnitate pacis cōfirma  
to, nusq; vel magistror; copiā faciliorē, uel discētiū mul  
titudinē maiorē, uel p̄mia discētibus v̄beriora fuisse, ppo  
sita. q̄b; Romæ, Erāt em̄ isti artificio maxima (ut ip̄e Cice  
ro declarat) exposita, vel ad gratiā, uel ad opes, uel digni  
tatē, p̄mia. vñ etiā id cōseq̄bat, qd nemo fere laudis cupi  
dus adulescēs, non sibi ad discēdū studio oī enitēdū puta  
uit. O ēsq; principes etiā ciuitat̄, passim liberos suos, q̄i  
gl̄ia ipsis & dignitas chara fuit, ad hoc īpm opus, uelut  
vnicū fere maximæ auctoritatis cōpendiū adhortabānē.  
Neq; hoc p̄tereūdū, ne studiosis hui° pulcherrimæ artis,  
qquo mō deessent ad eā cōpandā iſtrumēta, publice mul  
tas insigneis Romæ bibliothecas, græcas latiāsq;, & om̄i  
libror; ḡne iſtructissimas, esse cōstitutas atq; pfectas, ab  
Asinio Pollione primū, deinde ab Augusto alijsq; postea  
prīcipib⁹, Habitōs itē eorūdē studior; mḡtos, sp̄ inf hono  
ratos Romæ p̄ceptores, nec leges ip̄æ dissimulāt, de eorū  
p̄mijs, priuilegijs, imunitatib⁹, nō vno loco, pleracq; nec i  
curiose statuētes, ut. xxvij.li.pādectar; de excu.tu. & li.  
I.de vacatiōe excu.muner; de iure imunitatis, itē lib.x.  
prīcipaliū cōstitutionū.tif.de pfessorib⁹ & medicis. Necq;  
etiā nūc Romæ, aut i Italia tota, aliud ē oīm claror; & pru  
dētiū de his studijs iudiciū, q̄b; fuit sp̄. Quę em̄ nō dico Ita  
liae vrbs, aut Academia, sed qs tā ignobil' pag⁹, tā desert⁹,  
& infrequēs vicul⁹, q̄nō fere ab aliq; studior; hūanitatis  
doctore suā iuuētutē erudiri solīte curet: Immo vix pri  
uatū ibi ciuē, paulo honoratiorē int̄ popularc̄is suos repe

rias, q̄ aliquē huius ḡnis, & pfessionis l̄ratū hoīem domi  
nō habeat, & priuatis facultatib⁹ sustētet. Ad reuerēdissi  
mos cardinaleis, & sūmū pōtificē si iā libet respectemus.  
A reuerē. cardinali p̄fertī Italis, p cōpto & scio, & adfir  
mo poetas & oratores nō i postremis diligi, sed domo &  
cōuictu etiā secretiore ab īpis dignari, & i nūer⁹ honora  
tissimor⁹ amicor⁹ recipi, ex his q̄sdā legi, ab ep̄fis, ac ubi  
culis, a secr̄t⁹. Si de īpis reuerēd. patrib⁹ temere hæc mē  
tior, deferāt me, nō sum vsc̄ adeo mor⁹ Italiæ, aut vrbis  
ignarus, ut dicere mihi necesse sit, q̄ aut vſu cōperta, aut  
oculis p̄specta īpe nō habeā. Quid: rūpen⁹ ne aduersarij,  
si iam īpm pōtificē max. in illa sua vrbe Roma, in illo suo  
gymnasio Romano, honestissimis ex ærario pōtificio sti  
pēdijs munerātē poetas & rhetores audierit. Audiāt er  
go, & rūpan⁹ si volūt Quicūq̄ in Romano gymnasio hu  
manitatis studia publice docēt (docēt at cōpl̄es) eos oēis  
sūmi pōtificis liberalitate sustētari, palatinis p̄terea offici  
is, eccl̄asticis sacerdotijs, ornari q̄tidie, mltos ex his scri  
ptores, abbreviatores, ptenotarios, referendariosq; apli  
cos cōstitui, q̄sdā etiā (ut Nicolaū Perottū, Ioannē Cāpa  
nū, Hermolaū Barbarū nouim⁹) epos, ac patriarchas per  
occasione, & s̄aepē etiā cardinaleis creari, eorūq; opa, atq;  
industria, i difficultimis plærūq; rebus ac t̄pibus vti Ro  
manum pōtificem ne nesciant. Est & in hoc q̄q; honestis  
sūmū p̄iudicium istarū artium, quod in ipsis florētes ac ce  
lebres, clarissimis regibus, ac principibus terrarum sem  
per proximi, vel pene (etiam dixerim) pares habiti sunt.  
Quis em̄ priuatus cū priuato amico, familiarius ageret,

De Cardi  
nalibus.

De libera  
litate pōtis  
ficiis i eos/  
dē Romæ.

Cyneas  
orator Pyr-  
rhi

De Virgi-  
nij au<sup>t</sup>ori-  
tate apud  
Augustū.

In liber<sup>t</sup> ci-  
uitatib<sup>o</sup> bñ  
cōstitutis  
dñatā sp e-  
loquentiā.

Quo ordi-  
ne ap<sup>d</sup> Ro-  
manos fue-  
rit orator  
testimoni-  
um Cicero-  
nis.

quā Cyneas orator cū rege Pyrrho, quē teste Plutarchio,  
ob ingenij & eloquētiæ p̄stantiā, q̄ vim Demosthenis as-  
sequi videbat, sp in honore habuit maxio, v̄sūsq̄ illi<sup>o</sup> opa  
plurimū ē, fateriq̄ palā, & s̄epe nō exibuit, plureis a Cy-  
nea oīone, q̄ a se armis vrbeis expugnatas esse. Quis po-  
tētissimor<sup>z</sup> Romanor<sup>z</sup> maxio impatori Augusto accepti-  
or Virgilio: nōne iuū hunc ita honorauit, ut ereptis Mā-  
tuano<sup>r</sup> agris, illi suū restitui nō mō iusserit, sed etiā, pp̄  
illū, mātuanis ipsis, p parte reddiderit, vtq̄ inter primos  
eundē amicos retulerit, & in conciliū vel p̄cipue adsūpse-  
rit, maximisq̄ in rebus (vt quū de deponēdo i perio aliqñ  
deliberaret) eius potissimū sentētiā fere passim pbauc-  
rit, atq̄ p̄tulerit. Mortuū vero ita desiderauerit, vt Enei-  
da illius, cōtra vltimā etiā ipsius voluntatē, nō sine dero-  
gatione legū, cōburi, phibuerit. In om̄i libero ppl̄o, ma-  
ximeq̄ in pacatis, trāquillisq̄ ciuitatibus, nō dubiū iā est,  
(saltē rerū, & historiarū peritis) quin eloquētia, sp florue-  
rit p̄cipue, semp̄q̄ dñata sit. Quis em̄ in libera Athenarū  
ciuitate, tantū potētiæ vllis ē facultatibus cōsecutus, quā  
tū sola eloquētia, vel Pisistratus ille, vel Pericles, v̄l ipse  
postea Demosthenes orator tulit, atq̄ adseruit: In Ro-  
manor<sup>z</sup> repub. quātū dignitatis, atq̄ eminētiæ tributū sit  
oratori, melius Ciceronis ybis dicemus, q̄ nostris. Is aut̄  
in de pfecto oratore hæc inquit. Nā q̄s vnc̄ dubitauit, qn  
in repub. n̄ra, primas eloquētiā tenuerit urbanis, pacatisq̄  
rebus, secūdas iuris sciētia, quū in altera, gratiæ, gloriæ, p̄  
sidijs plimū esset, altera p̄secutionū, cautionūq̄ p̄ceptio, q̄  
quidē ipsa, auxiliū ab eloquētia s̄epe peteret, ea vero re-

pugnante, vix suas regiones, fineisq; defenderet. Huc ad  
de iā, quod nullorū pene homīm celebrior perdurat memo-  
ria, quā eloquētū, etiam qui ante aliquot annorū millia  
**excessere** rebus humanis, hinc illud

Neuius in manibus non est, & mentibus hæret

Pene recens, adeo sanctum vetus omne poema

Cuius ḥo Alexādri: Cuius Cyri, aut clarior, aut specio-  
sior ē fama, q̄ Homeri, aut Demosthenis: nisi forte pul-  
chrius ē, nomē peperisse, ex vrbiū, & pploꝝ euersiōibꝝ,  
q̄ ex claris ingenij, atq; eloquētiæ artibꝝ. Quis inquā Sci-  
pio Africanus: Quis Iulius Cesar, ex suis rebꝝ gestis, flo-  
rentiorē memoriā tradidit posteris (quāq; ea nulla viue-  
ret nūc, nisi bñficio l̄raꝝ spiraret) q̄ ex studiorū suorū mo-  
numētis. M. Cicero, seu Pub. Virg: Supsūt etiā nūc eti-  
te n̄a nō nulli, in hoc ḡne studiorū p̄stātes viri, q̄rum ex  
ipsorū l̄ris, & opibꝝ, nimirū diuturnior, atq; illustrior īp̄is  
gloria, cæteris vero vtilitas, p̄uetura ē ad posteros, q̄ ex  
multorū principū, nūc magnis exercitibus īperatiū, latæ  
possessæ ditiōis viribus, q̄rū e nūero duos t̄m n̄os nūc li-  
buit noīare, mortaleis me Hercules quātiuīs p̄cij Erasmū  
Roterodamū, & Ioānē Reuchlinū Phorcēsem, q̄bꝝ etsi  
nūc iners liuor paululū obstrepit, exornat t̄n n̄ræ tēpesta-  
tis gloriam, noīabūturq; olim celebri oīm s̄eculorum me-  
moria, domita supremo fine inuidorum malevolentia,  
iuxta illud ingeniosi poetæ.

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit,

Tunc suis, ex merito, quenq; tuetur honor.

An parū illustre, posse his artibus maximorū ducū, r̄on

M

Nullorū  
mēoriā di-  
utius exta-  
re ad poste-  
ros, q̄ diser-  
torum

Regū &  
principum  
mēoriā, nō  
alio q̄ elo-  
quētiū bñ-  
ficio uiue-  
re.

Eras. Rot.  
Ioā. reuch-  
linus

Siplex, &  
candida, in  
suumcuiq;  
tribuēdo à  
tiquitas

Qui dat o  
perāeloqñ  
tiæ, idē dat  
prudentię.

Rhetoricā  
cognatā di  
ialecticæ

solum beneficia in rem publicā, sed etiā laudē (nō stultissi  
mōrē utiq; hominū iudicio) adequare, atq; hostire: Illi si  
quid p̄sunt, viui fere, atq; sup̄stites id faciunt tñ, p̄ qua  
tamē tam circūcisa, tam breui benefic̄tia, meritos bñ de  
se, suis dījs adscribebat humanissima tunc, in suū cuiq; tri  
buendo, & simplex (ut ait Seneca) in annumerādis virtu  
tibus antiquitas. Hi vero nō viuētes mō, prosunt, sed eti  
am mortui, & nescio an tūc maxime, & tanto, quāto diu  
turniora sunt monumēta literar̄, q̄b hominis vita vnius,  
vel quāto plurium interest vniuersæ posteritati prospice  
re, q̄b vni tantū sāculo benefacere. Merito igitur regum  
instar honorant, & celebrātur (etiamnū sepulti) eorumq;  
scripta, non vt præcepta mortaliū, sed quasi cœlestia que  
dam accipiūtur oracula, ut inquit Hieronymus. Nec in  
iuria, dicere em̄ bene, nemo potest, nisi qui prudenter in  
telligit. Quare qui eloquētiæ vere dat operam, dat pru  
dentię. Dat itē morum, & actionis dignitati. nā & actio  
nem emendat oratoria. Adsciscit etiā sibi dialecticæ scien  
tiam, quāq; aliud videtur oratio esse, aliud disputatio, nec  
loqui esse, quod dicere, attamēvtrunḡ est in differendo,  
vt disputandi ratio, & loquēdi dialecticor̄, sic oratorum  
dicendi & ornandi. Nec erit rudis vtriusq; iuris orator,  
Immo vero in omnibus ingenuis artibus, erit instructus  
ac perpolitus. Legendi (vt Crassus in primo de oratore  
Ciceronis inquit) poetæ, cognoscenda historia, omnium  
bonarum artium scriptores, ac doctores & legendi & p  
uolutandi, & exercitationis causa laudandi, interpretandi,  
corrigendi, vituperādi, refellendi, disputādumq; de omni

genere in cōtrarias parteis, & quicqđ erit in quacunq; re,  
quod p̄babile v̄l̄eri possit, eliciēdum, atq; dicēdum, Per  
descendū ius ciuile, cognoscēdē leges, p̄cipienda oīmis an  
tiquitas, senatoria consuetudo, disciplina reipub. iura so  
ciorum, fœdera, pactiones, causa imperij cognoscenda, li  
bandus ex oīmi genere v̄rbanitatis facetiarū quidā lepos,  
quo tanq; sale spargatur oīs oratio. Ecce tibi tot pulcher  
rimis, difficillimisq; reb̄ cōstat ars oratoria. Et audet no  
bis horum omniū ineptissimus declamator aliquis adse  
rere oratorē cupere potius scire videri, q̄ scire. M. Tulli  
us, quū iam bienniū versatus esset in causis Romæ, in fo  
ro etiam celebratū nomē eius esset. Roma in Asiam rur  
sus est, pfectus. Quū venisset Athenas, apud Antiochū  
veteris Academiæ nobilissimū, & prudētissimū philoso  
phū, philosophiæ studiū nunq; intermissum sibi, a prima  
adulescentia cultū, & sp̄ auctū, hoc rursus auctore, & do  
ctore renouauit. Eodē tñ tpe Athenis apud Demetriū  
Syrū, veterē, & nō ignobilē dicēdi mḡm, studiose exer  
cebat, post a se Asia tota p̄grata ē, cū sumis qdē oratori  
bus, q̄ erat tū princeps Menippus Stratonicēsis, tota il  
lis t̄pibus Asia disertissimus. Erāt & cū eo adsidue Dio  
nysius Magnes, Aesculus Gnidius, Adramiten⁹ Xeno  
cles, q̄ tū in Asia rhetor̄ p̄cipes nū erabant. Quib⁹ non  
cōtētus Rhodū venit, ibiq; eundē (quē Romæ audierat)  
Molonē se applicauit, cū actorē veris causis, scriptorē  
q̄ p̄stantē, tū in notādis aīaduertendisq; vitijs, & instituē  
do, docēdoq; prudētissimū. Mirū me Hercules fuerit, &  
mōstri si h̄e oīno, si hic tot itinera, tot labores, tot difficul

An hoc ē  
tātū velle  
scire vide  
ri, & nō sci  
re potius?  
de maxio  
studio. M.  
Ciceronis  
& ei⁹ p̄ce  
ptoribus

Molo rho  
dius

Derisio

M ij

tates (quū p̄sertim iā Romæ, nomē in oratoribus eēt ade-  
ptus satis celebre) suscepit ac p̄tulerit, ut nihil sciret, sed  
scire t̄m̄ idiotis atq; indoctis videret. O medici, medium  
homini tā icōsiderate blaterāti, p̄tūdite venā. Quis cœlū  
terris, & mare cœlo nō misceat, quū hoc genus hoīm elo-  
quentiæ ineptissimū, & solū in suas laudes glōiosissimū, si  
bi de ipsā eloquētia iudicādi, p̄nūciandiq; auctoritatē ar-  
rogare nō vereat, pro vili cōdemnās, qđ vnū ē v̄l'maxie  
in ipso hoīe mirabile. Si em̄ hoc vno p̄stamus, uel maxie  
feris, qđ colloqmur inter nos, & exprimere dicēdo sensa  
possimus. Cur igīt̄ hoc quis non iure mireat, summeq; in  
eo elaborandū esse arbitret, ut quo vno hoīes maxie be-  
stijs p̄stent, in hoc hoībus ipsis, q̄s grauior ornatiorq; āte  
cellat. Quāto rectius igīt̄ ille, qui plane cognitā & intelle-  
ctam sibi eloquentiæ vim hñs, vt hoīs decus est ingeniu,   
sic ipsius ingenij lumē esse eloquentiā cōtēdit, nec orna-  
re solū eos, penes q̄s sit, sed etiā vniuersam in qua verset  
rempublicā. Adiecimus iam septē tomorū supiorū calcu-  
lis, omniū p̄stantiorū Aſiæ, Aſtricæ, Europæ populorū  
piudicia, quibus si adhuc nihil egimus, nescio quid aduer-  
sariorū sufficere possit p̄tinaciæ (ne dicā impudētię) Necq;  
id nos magnope cōmouet, si qui aduersus tot gētiū suf-  
fragia, tot ſeculorū piudicia, tot rationū, p̄bationūq; præ-  
ſidia, adhuc tumultuātur, sed tamen fruſtra. Sat em̄ noui-  
muis mortaleis quosdā ſtiusmodi eſſe, præfractos adeo,  
atq; agresteis, vt ne doctissimorū quidē viroꝝ eos moue-  
ret auctoritas, nedum noſtra. Sed horū ineptiæ (ut inquit  
etiam Cicero) atq; ſtultiæ, ferendæ nobis ſunt, atq; de-

Gen⁹ in ſu-  
as laudes  
gloriosiſſi-  
mū.

Eloquētiā  
maxime in  
hoīe mira-  
bilem.

Vt homīs  
dec⁹igeni-  
um, ita īge-  
nij eloquē-  
tia

uorandæ. Quare nūc sit semel isti operi, siue vallo nostro tandem modus, si paucis solum verbis in fine hic omniū supradictorum velut epilogo, paulisper lectorem denuo admonuerimus. •

## ¶ EPILOGVS, SIVE REPE titio totius Valli.

**O**ECVRSO igitur laboris nostri spatio, breui nunc repetitione disputationē hanc cōcludamus. Quū itaq; (ut supius ostendimus) studium humanitatis liberaliū artium studiū sit, & multa in illo nō vtilia solum, sed etiā necessaria cognitu, uel ad literas sacras intelligēdas habeant, Quūq; in eo studio viri honesti, atcq; adeo sancti etiā pene innumerabiles (quorū nō paucos noīatim supra p̄cēsuim<sup>o</sup>) claruerit, Eloquentiāq; descendā, & vtilē esse, Hieronymi, Augustini, præterea Imperatorū euidentissimis testimonij<sup>s</sup> (imo adhortatiōibus) cōprobatū sit, oratorēq; nō (ut male cōiectant nostri aduersarij) velle tñ scire videri, sed res pluri mas, & pulcherrimas scire, bonūq; virū esse oportere, eis dē testibus Augustino, & Hieronymo, ac p̄terea Cato ne, M. Tullio, Quintiliano, Bœotio mōstratū sit. Carmē quoq; non solū nostri ecclesiastici, ex eisq; plæricq; ep̄i, vt Hilarius, Ambrosius, Gelasius, & Damasus papa, pluresq; præter eos, adhuc alij scrip̄erit. Sed hebraeorū quoq; p̄phetæ, & duces diuino adflati spiritu, eo ferme oēs, ad altiora etiā cœlestium archanorū mysteria quedam usi inueniātur potius, q̄ prosa oratione. Et vis quædā poten

M iij

tissima, ad capiendos, retinendosq; hominū adfectus, in/  
sit in illo concentu, numeroq; poetico lēge eam ipsam so/  
luti generis efficaciā, suo lapsu, siue ad leuam, siue potius  
ad dexterā adhorteris, supprediens , quū postremo oīm  
prudētissimarū nationum cēsura, humanitatis arteis, non  
tm̄ non spreuerit oīm , sed etiam vltro ac libēter suscep-  
rit, modoq; suscipiat . Et sacratissimi Impatores egregie  
instructos his artibus, rebus imperij, sanctissimi Roma-  
næ ecclesiæ pontifices, rebus fidei, vtileis esse fateantur,  
dando alijs honesta stipēdia, ut publice has Romæ arteis  
doceant, quodāmodo sub oculis ipsorum, alijs aulica offi-  
cia distribuendo, quibusdā ecclesiasticas dignitates defe-  
rendo, plærosq; episcopos creando , nec non ad amplissi-  
mū Cardinalatus ordinem subuehendo. Quid causæ re-  
stat, cur eos qui hæc studia humanitatis, tā seculari, q; ec-  
clesiastica auctoritate non concessā modo, sed etiā hono-  
rata, falsitatis uanitatisq; , & præterea turpiū lenonum stu-  
dia audeant iniuria adpellare, nobis (his p̄sertim tot supra  
dictis rationibus fretis) non liceat iure horum omniū ru-  
des, atq; ignaros, vicissim ipsos adserere, & propterea ab  
eis, ut a minus idoneis tantæ rei, & litis arbitris, ad peritio-  
res, doctioresq; iudices prouocare . Et reuera iniusti ( vt  
eleganter inquit Iulius Firmicus) sunt semper iudices, q;  
de incognitis sibi pronūciant rebus, necq; habent iudicādi  
auctoritatē, qui ad statuondū aliquid, imperita licentia te-  
meritatis adducunt, eaq; ad effectum sententiæ inexanti-  
natis partis allegationibus proferūtur.

Finis.

¶ Deo laus omnipotenti Amen.

Iniusti sēp  
iudices , q  
de ignot; si  
bi rebus , p  
nuntiant.

**N** Errata in hoc V allo castiganda quæ obiter animaduer  
tere potuimus sint ista. B primo, versu. ij. pro modo so  
loecista, lege non soloecista. versu. xvij. pro clauum, le  
ge clauam. B tertio, versu. viij. pro vrgeri argumētis, le  
ge apologijs. D primo, facie. ij. versu. xxv. pro poeta,  
lege poetam. G. v. versu penultimo, pro etsi multa, le  
ge multum. G, vi. versu. v. pro per onis, lege personis.  
I. ij. versu. xxi. pro Anxium, lege Auxentium. I. ij. fa  
cie. ij. versu vltimo, lege virtutis, eodem versu dele pro  
nomen huius, quia abundat.

**N** Impressum per Nicolaum Cæsarem Frācum  
orientalem, Coloniæ, in vico qui venter  
felis, vulgo Katzenbuch dicit. An  
no Christi incarnati. M. D.

XVIII. pridie Idus

Aprileis.

